

A animal, Africa necat. Dicuntur & in Cluipa emori. Plinius lib. 5. cap. 5.

INTERITUS. INSULE CONTINENTI JUNCTÆ.

Natura abilitur insulas mari, junxique terris: Antiffam Lesbo, Zephyrium Halicarnasso, Ethufam Mindo, Dromifcon & Pemen Mileto, Nartheuciam Parthenio promontorio. Hybanda quondam insula Joniæ, ducentis nunc à mari abest stadiis. Syriten Ephelus in mediterranea habet, Derasidas & Sophoniam, vicina ei Magnesia. Epidaurus & Orcium insula esse desierunt. Plin. lib. 2. c. 89.

Echmades insula plures extant, cunctæ steriles, & aspera, è quibus quæ longissimè abest, ante Acheloi eruptionem stadiis quindecim distat: Quæ verò propius, stadia quinque, cum prius pelago circumflua foret. Limus enim qui frequens defertur, quâdam illarum in continentis terræ faciem redegit, alias mox rediger, qui etiam Parachelotidem (sic enim finitimam fluvio plagam vocant) effecit, quam annis inundat. Ea verò cum antiquis temporibus semper limites confunderet, bella inter vicinos ciebat, Ætolos & Acantinas terminos designans. Cumque arbitri nulli essent, armis decertabant. Quæ ex causa confecta est fabula, quasi debellaret Acheloum.

Hercules, & victoria præmium reportarit Oenei filia Dejaniæ nuptias. Addunt nonnulli, Amalthææ cornu id esse, quod Hercules ab Acheloi fronte avulsit: idque Oeneo nuptiale munus dedit Hercules. Quibus è rebus veram plerique similitudine quadam allegoriam educentes, Acheloum sicut flumina reliqua tanto comparant, ob sonos ipsos, & alveorum circumflexiones, quas cornua vocant, draconi quoque propter obligatam ipsius longitudinem, eadem est bovina frontis causa. Herculeum quoque omnibus alioqui beneficium mortalibus, Oenei filii ambientem aggeribus, & aquarum ductibus fluviom coercuisse, & agros illuvione Acheloi vastatos prius exsiccatos Oeneo concessisse: hoc autem Amalthææ cornu esse. Strab. lib. 10.

Chalcidenses, reliquique fermè omnes qui Eubæam incollebant, Atheniensibus rebellaverant, veriti, ne fortè ab Atheniensibus jam maris dominis, victis in Helleponto Lacedæmonis, male tractarentur: postularunt à Bœotius, uti communi opera, atque impensa ducere per Euripum aggerem vellet, & ita solum solum connectere, uti Eubæa Bœotia contineretur. Bœotii, quod id maxime rebus suis conducere cernerent, ut reliquis gentibus Eubæa insula speciem præferret, sibi verò coherens, pro contentis parte haberetur, aggeris educendi studiis accensu, ad opus maturandum concertabant. Nam non civibus modò edictum erat, ut copiis omnibus ad operam exirent, verum convenas, inquilinos, alienigenas, advenas omnes eadem edicta urgebant. Ita multitudine operatorum studioque omnium ceptum opus brevi perficitur. In Eubæa ex Chalcide ceptus agger duci, in Bœotia ex iocco Avlidi proximo: Ad ea namque loca maris interventus quàm angustissima separabat utraque. Antea quidem per eum locum perpetuus ponti profusus rapiebat, crebraque fiebant fluctuum reciprocationes: Tum verò multo rapaciora ferebatur unda profluens impetu, utpotè potentior conatu, violentiùque irrupente per angustissimas fauces pelagi exfluans illuvie. Nam quantum carinæ fatu esset ad interna vigandum, nihil amplius petebat fluctibus intercurfus. In utriusque extremis molibus torres excelas extruxere, quarum media interstitia ligneis pontibus junxerunt. Diod. lib. 13.

INSULARES.

PLERUMQUE MALI.

Semper insule sunt omnium terrarum fertilissimæ, sicut plerumque terræ omnes, quæ sunt ad littora aut maria. Sunt autem pessimi homines insulares. Idè dictum est veteri proverbio: Omnes insulares bestiales. Sicilia est fertilissima insula. Romani vocant illam suum granarium: Omne enim frumentum pro se, & exercitibus ex Sicilia afferri curarunt. Fuit autem gens Sicula, admodum turbulenta, factiosa, crudelis, libidinosâ, petulans: sed tamen valdè ingeniosa.

Carthago in amensissimo, & uberrimo solo sita fuit. Aluit autem pessimum genus hominum. Hinc à perfidia istorum hominum natum est proverbium: Punica fides.

Non fuit amœnior, aut pulchrior tractus in toto orbe terrarum, quam Jonia, & tractus circa Sodomam. Utraque regio aluit pessimos incolas, contaminatos libidinis, & aliis flagitiis: Idè puniti sunt divinitus: Jonia per Cytum Perfam,

qui maximas vastationes in ea effecit; Sodomâ & cæteræ urbes flammis de celo sparsas.

De Anglis, eorumque corruptis moribus, quadam dixerunt, Titulo de istâ particula, ubi & hunc versum omnium ore decantatum adduximus, quem Protestantæ Puritanis adscribunt:

Angelus est Anglus, cui nunquam fidere fas est, Cum tibi decet Ave, sicut ab hoste cave.

Notissima sunt Epitheta, quibus Cretenses etiam insulares depingit Apollolus, vocans eos mendaces, venres pigros, malas bestias. Quin à suo Jove, quem ibidem natum gloriabantur, didicerant olim luxuriam, & pæderastiam. Scribit namque de illis Strabo lib. 10. Crete moris fuisse, ut in pueros inaniarent, quos etiam nobiles rapere licebat, & post bimensem absum, muneribus donatos domum remittere. Quæ de re latius in loco de Cretensibus particulari, in littera C.

Zelandicæ insule in Belgio, amœnissimæ etiam habentur, & commerciis ac negotiationi valdè opportunæ, à incolis alunt obliqui capitis, dycolos, ac serinos, propter assiduum piraticam exercere licentiam, & usum. Quo fit, ut inter Fœderatos Belgicæ, qui rebelles est, ordines, cæteris velint præesse, omneque jugum excutere moliantur. Pauciores reperire est inter eos, qui non cades, sanguinem, rapinas nulli, concordie hostes, & Religioni Catholicæ infestissimi, ita ut vix securè inter eos vivere liceat iis, qui hanc proficiuntur.

Insultatio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Insultatio est irrisio cum amarulenta, sive insolens contumelia in calamitate alicujus dicta, quod verbis velut pedibus in alicum insiliatur, idque cum impetu. Ita Cicero de Clodio scribit: Clodius qui tot annos in hanc Republicam insulavit. Græcè est ἠσαυραγία, & ἠσαυραγία, cum amaritudine irridere, & contumeliosè lacerare. Cicero pro Flacco: Nunc verò non insultabo vehementius, neque in istum nugatorem inveniar, nec volitabo in hoc insolentius.

INSULTARE AMARULENTER.

ΞΑΡΚΑΣΜΟΙ. QUIBUS. Pius.

Excæcato Tobia, parentes & cognati ejus irridebant vitam ejus, dicentes: Ubi est spes tua, quare elemosynas & sepulturas faciebas? Tob. 2.

Uxor Job, maritum amisit omnibus, toto quoque corpore ulcerosum, in sterquilino sedentem, irrisit. Job 2.

Improbis.

Nunc dei μακάριος, id est, Nunc dii beati. Vox erat olim velut adgaudentis, & adgratulantis, quoties nocentibus supplicium meritis dignum contigisset; petinde quasi diis & iunctum, & honestum sit, ut ioculerentur dent penas: contra probentiam, si vitis improbis res secundæ sunt: videlicet juxta sententiam proverbialiam:

Θεὸς ἰσὺς τὸς κακοὺς δὲ δαμνῶν. id est, Probrum est Deo, sives malis sint prospera. Etalms in Adagis.

Calamitosi.

DEMOMAX Hadriani tempore philosophus insignis, miseros, in calamitate positos, assidue deridebat, tanquam neficientes, quod brevi tempore malorum oblivione, ac libertate perpetua post mortem afficerentur. Volaterr. lib. 15. Anth.

HENRICUS IV. Imp. ab Henrico V. patri substituto, prope Coloniam in pugna captum, & in Castris filii cunctis ludibrio expostum fuisse, Helimoldus tradit cap. 33. l. 15. Sclavorum. Insultabant, inquit, & amici, illudebant & inimici. Tunc Cæsar suspirans, & illacrymans, ad circumstantes ait: Misere mini mei, misere mini mei, vos saltem amici mei, quia manus Domini teugit me.

Vitiis, Supplicibus.

Tradunt Hebræi hujuscemodi fabulam, usque ad septuagesimum annum, quo Jeremias captivitatem populi Judæorum dixerat esse solvendam (de quo & Zacharias in principio

pio voluminis sui loquitur) irritam putans Dei pollicitationem Balthasar fecit, saluumque promissum, verus in gaudium, festo grande convivium: insultans quodammodo spei Judæorum, & vasis templi Dei. Sed statim ultio consecuta est. Hieron. in Danielen.

HERODES à Senatu Rom. rex declaratus contra Antigoni regem Judæorum, Jerosolymam cepit. Antigonus neque veteris, neque recentis sue fortunæ ratione satis habita, descendens è turri, Sotio Romano duci ad insula accidit. At ille nihil miseratus mutatum ejus fortunam, genitum homini, Antigoni appellans: non tamen incustoditum reliquit tanquam feminam, sed vincio calloses addidit. Joseph. in Antiq.

LAMBERTUS Italie rex, Albertum Tulciæ Marchionem rebellem cepit, à Bertha uxore instigatum, & quidem in præsepio laucantem, eique insultavit. Enimverò Bertha tua te non regem in solio, sed asinum in præsepio futurum prædicere debuit. Fama enim erat, Bertham marito regnum certò prædixisse. Cæspianus.

BRENNUS Gallorum rex, appendentibus aurum pro redemptione Romanis, ensem cum baltheo lanci appendit, & Sulpitio consuli, quid hoc rei esset, quarenti: Quid aliud, inquit, quam vae victis? respondit. Jam cum L. Camillus dicitur Gallos auro intentos ex improvido adortum cæcidisset, & Brennus quaeretur contra fœdus fieri, retorsit in eum suam vocem Camillus, Vae victis, teste Festo, & Plut.

Mortuis.

Phrygii pastores, cum pecudes morbo conficerentur, ad ejus tumulum, qui in Sigæo est litore, congregati, variis maledictis herosa lacerabant unus Hæctoris inimicum, alter Trojanorum hostem, atque pastorum (per infantiam enim oves, & arietes maceraverat, Græcos fe macrare raris) tertius insanum furiosum appellabat. Tandem improbitissimus pastorum, Homerus versus Iliad. occurrere cepit, ubi Aiæcum fugientem describit. Iac P. hæc iussus. Eo auditu, vox truculenta è sepulchro emissa, ad hæc iussus, pastores terrores fugere coegit. Philostrat. in 1. dial. Herone. & in primo Græc. Epigr. sub tit. ad Phion.

M. Crasso Parthos contra dimicantem, Publius filius ab hostibus ita circumventus in clivo, ut nulla falaxis spes superesset, ab C. Canigero interfecit. Partici clivo potui, Publii caput suffragum laisa ferentes, propius advecti ostentabant id Romanis, ac per ludibrium parentes ejus, & gentem quaerent: neque enim oportere Crassi patris ignavissimam, & lædissimam tam fortem, & resistentem filium esse. Quam irrisionem Romanis iniquissimè ferentibus, Crassus æquissimo tulit animo. Plut. in Crasso.

NERO Cæsar, est Claudii Imp. necis non auctor, conscius tamen fuit: neque diffimulaverat, ut qui boletis, in quo cibi genere venenum est insulperat, quasi deorum cibum, posthac proverbio Græco collaudare sit solitus. Certe omnibus rerum verborumque contumeliosè mortuum insultatus est, modò stultitia, modò levitate arguens. Nam & morari eum inter homines desuisse, producta prima syllaba, jocabatur: multa que decreta & constituta, ut in insipientis atque deliri, pro irritis habuit. Denique bultum ejus conspexi, nihil humilè, levique materia, neglexit. Sveton. & Dion.

Jugulato Galba Cætare ad lacum Curci, ac ibidem relicto, ita uti erat, gregariis mules à frumentatione rediens, abjecto onere caput ei amputavit. Et quoniam capillo præ calvitio arripere non poterat, in gremium abdidit, mox infero per os pollice, ad Othonem detulit. Ille laxis caloniibusque donavit: qui hulla suffragum, non sine ludibrio circum castra portarunt, ac clamantes identidem, Galba Cupido fruaris ætate tua, maxime irritati ad talem jocorum petulantiam, quod ante paucos ætates exterat in vulgus, laudanti cuidam formam suam, ut aulico floridam, & vegetam, respondisse eum: Eri moi pto quartiorum. Svetonius.

QUOMODO.

Imprecatione.

STRATONICUS citharæus apud Athenas lib. 8. iratus discipulo Macedoni, quod nihil recte faceret, sic Macedoniam, inquit: cum Macaria faciens Macedoniam. Erasim. in Adag.

Ex Cardano Marcellino dux veltigal à Romanis peteret, iratus à Constantino VI. jumentorum missis egestionibus. Item ergo ad arma ventum est. Sed Julgari amore percussit, in fugam suæ versit. Cæsp.

Insit.

Strabo Geographia sua lib. 8. scribit, everfa funditus à Romanis, propter violatos legatos, Corinthiorum urbe, milites in

opera quoque nobilia, quibus ea civitas præter cæteras abundabat, ludibris insultasse: citatque testem Polybium, qui prædicet, præsertim vidisse sese tabulas quâdam abjectas in solium, in quibus milites talis luserint: quarum una fuit ab Aristide depicta: argumentum erat Bacchus. Hinc, inquit, quidam ajunt manasse, quod proverbio dicitur, id est apertis divitiarum, id est, Nilhil ad Bacchum.

NON INSULTARE.

Consule locum. Clementia erga hostes.

Cn. Pompejus Mithridatis cadaver ad se à Pharnace F. missum, non admodum ex facie cognitum (nam cerebrum, qui corpus curaverant, omiserant macerare: verum agnovit eum ex cicatricibus, qui id spectaculi desiderabant) ipse non sustinuit videre, sed avertens deorum invidiam, illud Sinopen amandavit. Vestem, qua amictre solitus erat se, armorumque molem, & splendorem miratus est. Plut. in Pompejo.

Intellectus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Intellectus, Græcè νοῦς, & νοῦς intelligo dicitur. Est autem intellectus vis animæ, quæ invisibilia percipit, secundum Augustinum de spiritu, & anima. Hebr. Sechel, à verbo Sachal, calluit, callidus fuit, industrius, & prudens fuit, consideratè egit. Intellectus est habitus principiorum, secundum Arist. lib. 6. Ethic.

Intelligentia est, per quam animus ea prospicit, quæ sunt, secundum Cic. lib. Rhet.

Intelligentia proprie significat actum intellectus, & aliquando significat substantias separatas, sicut Angelos, secundum B. Thom. prima parte, q. 79. art. 4.

Intellectus est vis animi, quæ vix visum non cadentia percipit, quemadmodum ipsa quoque anima sensus adminiculo corporales formas intuetur. Arist. in lib. Moral. magnorum & in 6. Ethic. August. de spiritu, & anima.

EJUS PRÆSTANTIA.

Præstantia intellectus apud Philosophos desumitur ex præstantia habitus, actus, & objectorum ejusdem: quo fit, ut multum voluntati præponderet. Habitus enim intellectus sunt Sapientia, & Prudentia: imò si ad supernaturalia oculos flectimus, excellentissimum illi habitum Deus infundit, lumen gloriæ. Jam etiam actiones intellectus sublimiores sunt, moventque voluntatem, quæ velut regina cæca est, imperantio, regendo, ordinando, sic ut voluntas, nisi sic moveatur, in nullam rem ferri possit. Objectum deniq; intellectus est verum, cuius natura est abstractior, & magis divina, quàm ratio Boni. Plura videat Lector lib. 3. de anima cap. 13.

Quædam sunt, inquit Augustinus, supra intellectum humanum, quædam juxta, quædam infra. Siquidem cognoscit Deum anima supra se, Angelos juxta se, at verò se in se: quicquid cæli continetur ambitu, infra se. Igitur ad ea percipiendia, quæ sunt supra ipsam, indigere videtur omnino anima irradiatione ab ipsa luce veritatis primæ, quæ dicitur mens, vel intelligentia; quam prodit Augustinus diem nulla interposita natura formari ab ipsa veritate. Proinde respectu veritatis summe, & eorum respectu intelligibilem, que humanum excedunt intellectum, est intellectus agens Deus, & hujusmodi illuminatione est gratiæ infusio ad divina contemplanda. Ad ea verò pernoscentia, que prope nos sunt, ut sunt angelicæ essentia, indiget item anima revelatione angelica, sive instructione. Qua in re dicitur item Angelus intellectus agens. Ad eorum verò perceptionem, quæ intra animam sunt, ut est ipsa anima & potentia ipsius habitus, scientiæ, ac virtutes, non indiget anima lumine extrinseco, sed innato, &c. Rhodig. L. A. l. 3. c. 1. de intellectu agente, & possibili.

DIVISIO.

Intellectus, alius agens, alius patiens. Agens est illa facultas, à qua ad actum intelligendi deducitur: cum patiens fit in pura potentia, & velut tabula nuda, nullam habens rerum congenitarum imaginem. Rursus Aristoteles intellectum alium esse dicit Practicum, alium Speculativum: hunc dicit rem simpliciter considerare, neque spectare opus, illam verò dum rem utiilem, vel noxiam repræsentat, ad profectum nem illius, aut fugam lacerare, atque in praxim dirigere. Libro de Anim. c. 7.

A Intemperantia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA. Intemperantia (Aristot. de anim. 2) est excessus in concupiscendis vel fructibus delectationibus gustus vel tactus. Et dicitur ad D. Thomam, stupor, quando ita averatur quis delectationes ut nolit is uti, etiam secundum rectam rationem. Vocat autem Arist. 3. Ethic. 12. vitium hoc probrum, & infame inter humana cetera, eo quod hominem reddat bruto similem. Item puerile, quod necipit concupiscencia instar pueri debeat coerceri, & ex imperio rationis, velut pedagogi, vivere & dirigi.

APHORISMATA. DIOGENES. Quum adolescentem quendam insigni forma plati inveniatur, Diogenes incurvat corpore suum lupinis implebat. Ad hoc spectaculum conversis omnium oculis ajebat, mirari se, cur adolescentulo dimisso seculo inveniatur; obiter notans illum intemperantiam. Laert. lib. 6.

Idem dicebat, plerisque vidis quidem seipos putrefacere, B balneis humectantes, & re venera tabefactentes; morientes autem dum mandare corpus, in suffimentis aromaticis recondi, alios etiam in melle, ne cito computrescerent. Stobaeus serm. de Intemperantia.

Idem, earum adium, in quibus copia est alimentorum, dicebat, multos esse mures, & feles: sic etiam corpora intemperantium hominum morbos quoque multos ascescere. Eod. serm.

Idem ridebat eos, qui cellas promptuaris oblerant vectibus, seris & signaculis: corpus autem suum multis fenestris, & januis aperitum, per os, pudenda, aures & oculos. Ibid.

PLATO dicebat, difficile esse invenire intemperantibus quidem bonam voluptatem, agrotantibus autem salubrem. Ibid.

DEMETRIUS Phalereus conspicuus juvenem intemperantiae deditum: Ecce, inquit, quadratus Mercurius, habens yca, ventrem, pudenda, & barbam. Sentiens, illum non esse hominem, sed statuam, qualis in viis solet poni Mercurio: hoc illi diffimilem, quod effeminatum more traheret vestem, quod dedisset esse ventri, ac libidini, quodque barbatus esset, cum nihil horum habebat Mercurius. Laert. 1. 5. c. 5.

CHRYSIPUS discipulus medicus non ignobilis, hominem quendam ex nimia intemperantia graviter decumbentem, non sanari posse putavit. Verum alius medicus, cum eundem accessisset, se sanatum pollicitus est, responditque, Chrysippi discipulos respicere morbum, se vero animum. Voluit autem significare, tum denum hominem morbo liberari commode posse, si intemperantia studio penitus valeat, & ejus radices ex animo abiecerit. Ex Cels. lib. 3.

ARTISTOR. dicebat, intemperantiam esse vitium partis concupiscibilis, quo homines frui voluptatibus illicitis appetunt. Strab. Quammodum omnes appetiones sedes Temperantiae, & efficit, ut recte rationi pareant: sic hinc inimica Intemperantia, omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat. Unde Macarius accedenti ad se e fratribus cuidam sub meridiem, qui praestitu aquam ad refrigerandum suum postulabat, ejusdem intemperatum bibendi desiderium temperavit, dicens: Umbra tibi sufficiat: multi namque nunc iter agentium, aut navigantium, hac revelatione privantur. Ex Socrat. Trip. hist. lib. 8. cap. 1. L. Beyerlinck in Apophthegmat.

Neque caruit hac laude Alphonus Arag. Rex, qui, contentus quam infatigabilis esset humanus animus, & quid nemoquam sibi sortem contentus vivat.

D dicebat: ad idus olim, Jove, Neptuno, & Platone, omnia triferata sorte divisa: & quisque ea contentus, quae sibi obtigit. Homini vero, neque quod satis, neque quod minus satis unquam est. Ex Panormit. de Gestis Alphoni, idem ibid.

INTEMPERANTIAE ALIMENTARIS ACQUISITIO. HUC MAGISTRI, DOCTORES. QUI PUTA

Reges. MENAS Aegyptiorum rex suos populares luxu corrupit. Eamque ob causam nullam Menae gloriam ad posterum mansisse ferunt. Diad. lib. 1. cap. 4. CELENIUS Scotorum princeps, voluptatum turpif. mancipium, ludos symposiacos instituit: qui potando vorandove victor existeret, hederam coronabatur, & munus accipiebat amplissimum. H. Boethius lib. 11.

Duces. SP. ALBINUS, cum contra Jugurtham magno cum exercitu profectus esset, luxuria tum exercitum perdidit. L. Metellus postea exercitum ad pristinam frugalitatem revocato, mita felicitate contra hostes pugnavit. Plin. 7. 2. de Viris illust. Rom. 1. 4. c. 1. Val. Max. 1. 2. c. 6. de Milit. discipl. Patres.

HENRICUS Goricius Comes duos filios media nocte sepius vocitavit, & an sit interrogare solitus erat. Quibus ob somnum tacentibus, vinum ingererebat illique recantantibus, ac evomentibus vinum, conversus ad uxorem: Ex alio concepit metrix; neque enim filii mei sunt, qui noctem integram nihil sentientes dormiunt. Liv. 3. 1. Com. in Panor. 1. 1. & 6. 20. Europe.

HULDRICUS de nova domo, inter Boemos proceres opibus & auctoritate facile princeps, liberos suos primum ablactatos ad usum vini traderebat generosissimi. Interrogatus a Friderico Celare, cur id ageret? Affluenti, respondit, liberi, cum adoleverint, securi adhibent, quantum voluerint, neque vino capient. Sapis, inquit Fridericus; hoc ipsum vividius factitavit. At mihi si filius aliquando fuerit, nec vinum oderit, ego ipsum oderim. An. Sylv. lib. 1. Comm. in Panorm. Mortuus.

Anacreontis Teji bibeantem Julianus Aegyptius in 3. Epigram. eis tauris carpit, quum vel manes ejus clamantes introducit:

Ποσειδών μὲ πῶς ἄνισα, ἔ ἐν τρυφῇ δὲ βαίω, Πίνετε, πρὸς ταύρω ἀνθρώπων κόνιν.

QUOMODO. VIDELICET Inventione.

Vide Tit. Alimenterum studium immoderatum in preparatione ciborum.

Secundas mensas, quae bellaria nuncupantur, Jones primi omnium, teste Val. Max. invenerunt. Idem & unguenti & coronatum in convivio dandam consuetudinem, hand parva luxuria invitamenta, repererunt.

Audon Καρυκας, id est, Lydorum Carycae antiquitus appellabant, quicquid esset opparum, & variis conditum cupidis. Nam Caryca cibi genus Lydi ex multijugis lautibus, & sanguine confectum. Athen. Dipsoph. lib. 1. 2. tradit, caryceum apparatus primum repertum a Lydis. Erasim. in Adag.

Solidum aprum, Romanorum primis in epulis apposuit P. Servilius Rullus, pater ejus Rulli, qui Cicero consulatu legem agrariam promulgavit. Plin. lib. 8. cap. 52.

Quotiensus primus pavones cibi gratia angulari adicialia caena dicitur postuisse. Quem cito secuti multi, exoleverunt eorum pretia, ita ut ova eorum denariis vaneant quinis, ipsi facile quinquagenis. Macrobi. 1. 2. c. 13.

Astiatice ab omni antiquitate nivem conservantur, qua estate uterentur; similem usum apud Romanos etiam fuisse receptum, multis Galeni locis probatur, & praesertim in praesertione methodi medendi: ubi liquet, nivis usum tam frequentem Romae fuisse, quam nunc est apud Turcas. Ea de re conquirebantur Plinius, delicias Imperatorum illius temporis accensans, qua in re suffragatur Galeno. Sveronius etiam de Nerone agens, idem scribit. Heu prodigia vitis, inquit Plin. 19. cap. 4. hi nives, illi glaciem potant, poenaeque montium in voluptatem gulae vertunt. Servatur algor altibus, ex cogitatione ut alienis mentibus nix algeat. Deoquant alii aquas, mox & alias hyemant. Et alibi cap. 3. lib. 31. Neroni principis inventum est decoquere aquam, vitroque demissam in nives refrigerare. Ita voluptas frigidis contingit sine vitis nivis. Pet. Hell. lib. 2. cap. 22. obfero.

Præcipione. Institutione. Arcestratus Syraculanus, vel Gelpus, Tertionis discipulus, terras mariae circumvit, ut ea quae ad gulam facerent, describeret. Poema illius γαστρονομίας inscriptum est, Chrypsippus prodiit: alii γαστρονομία, vel ἰδρυαδικαί, δεσπολογίαι, vel ἰδρυαδικαί, dixerunt. Chrypsippus quondam metropolim Epicureae philosophiae appellabat, & quondam suam Theologiam. Athen. 1. 7. c. 2.

THEOGNIS Gnomologus, Anacreon Tejas, Simonides, & plerique alii, tum Graecorum, tum Latinorum lyrici, praecleari ad ebrietatem incitantes. Theognidis inter cetera haec sunt versus:

Ἄφρονες ἀδράστην ἐν νηπιῶν ὀ τῶν ἄνων Μὴ πίνωσθε ἀπὸ τοῦ κινεῖ ἀρζυρῶν. Δάπρο σὺν ἀλλήλοις παρακαλοῦσθε γλυκύντες Πίνετε, κείνι κίβητι τρυγέσσειν. Εὐδαιμόν. φιλῶν δὲ ποδὸς φιλῶσθε μέλιτος. Ἄστυλοῖς ἱρατῆς αἰατοῖς ἠύστεν.

A Japonii Iodi in propinando, dum convivantur (id quod sepe faciunt) habentur diligentissimi. Extant apud primarios de officiis, & quasi ceremoniis convivorum, rituales libri, quos perlegunt, ne quid per in eam per cent. Nox inter primores plerumque confabulationibus, canu symphoniarum musico, & conviviis teritur: domum interduci. L. Metellus.

Demetrio Halicarnassio adscribitur senarius iste: Τὸ παρ δὲ πίνωσθε, ἔπειθ' ἔθ' ἀπὲρ τῶν, id est, Aquam bibens probum & utile paries nihil. Quo innuit, a poetis nihil praeratum, aut posteritate dignum aut venustum proficisci, si biberint aquam, hoc est, si pauperes fuerint, & tenui victu. Horatius similiter: Nulla placere diu, neque vivere carmina possunt, Quae scribantur aequa potioribus. Premio.

Vide Tit. Certamina belluorum. MITRIDATEM, qui bella cum Romanis gessit, in numeribus que edidit, voracitatem & vinolentiam fama est praemia proposuisse: comque victorem fuisse utrobique, ac planè omnium B coetorum suorum bibisse plurimum: inde fuisse Bacchum nuncupatum. Plu. lib. 1. Quæst. com. Indico.

Etico Helvetius ob artem fabilem Romæ sub Tarquinio Prisco commoratus, fiam siccam & uvam, oleique, ac vini praemissa remeans cum secum tulisset, inavitate fructuum Italiae Gallos allexit in Italiam. Plin. lib. 12. c. 1. & Livius.

DISCIPULI OCCASIONE. SCILICET LOCI.

Videat hoc Sybaritis maximum felicitatis argumentum, quod cum regia portu careat, mareque propius accedat, omnes ferè fructus a civibus absumantur: nam & civitatis locus, & oraculi responsum, omnes ad delicias soluteque fine mensura vivendum invitamenta. Civitas enim eorum in loco concavo sita, ætatis tempore mane quidem ac vespere frigus habet egregium, per medium autem diem calorem intolerabilem, ita ut eorum plerique sanitatis gratia fluxu diducere machinati sint. Atque orientem neque occidentem solem in Sybari videre Coptores, nisi quis ante tempus emori cupiat. Athen. 1. 12. c. 6. PROFUSIONIS.

Quod fuerit professor Solon, & vita mollior, atque in verbis licentior natus sit, quam pro philosopho, de voluptatibus oratione, id ex vita mercatoria putari ei hæsisse. Si quidem pro multis, & gravibus, in quibus versatur, periculis, lautibus aliquis, & delicias eam postulare. Plu. in Solone. Sic ille de seipso in Elegiis.

CONVERSATIONIS.

EDGARUS Angliæ regno a Gulielmo Normanno occupato, regni avi spe deposita, cum matre & fororibus in Scotiam fugeratur, & fororem Margaritam Malcolm III. Scotorum regi in uxorem dederat, femina alioqui sanctiss. Anglorum exemplo, Scotorum sobrietatem suum primum labefactari cepit, ut qui semel tantum in die cibum sumere consueverant, bis, & quidem bis ferulis convivantur. Que ipsa causa fuit, cur casu Malcolm, Donaldum Malcolm fratrem (silio ejus Eldredo neglecto) regem fecerint, quibus veteres mores, ac temperantia avita chara erat: quique debebant, non illos ab Anglis introductos non sumis conatibus extirpati: cum Donaldum e contra nunquam lux Anglico imbutum, semper severitati Hebridarum tot jam annos assuevissent crederent: ita facile reparatum pristinas consuetudines, continentiamque a patribus acceptam revocatum. H. Boethius lib. 12. & 17.

VICTORIAE.

Scribit Livius, Cn. Manlio Vulture de Astiatice triumphum ducente, luxuria peregrinæ originem primum inveciam in urbem. Tum coquus, vilissimum antiquis mancipium, & adulatione & usu in precio esse cepit: & quod ministerium fuerat, ars haberi cepit. Call. 1. 7. c. 12. A. L. Primus L. Lucullus de Nitridate triumphans, rationemque reddens bellicæ, ex antiqua temperantia in magnificam sumptuosamque diatram se convertit, primoque delicias Romanis introduxit, cum duorum regum Mithridatis, & Tigranis opulentiam cepisset. Athen. lib. 9. Arthuri Britannorum regis exercitus contra Pictos, & Saxones victor, occupato Eboraco, unius hyemis luxu clanguit. Ferunt, Christi Natalis celebratam, quam & Angli, & Scoti etiamnum hodie tredecim continuos dies, perpetua crapula exegere consueverunt, sub idem tempus sumpsisse initium.

Itaque ubi exacta hyeme Arthurus in hostes, qui ad Humbriæ ripam castra posuerant, ducere jussisset: milites perdit molitiae, veluti nunquam antea laboribus affuerit, animis corporibusque deficientes, iumenta carpebant, ganeam memores, magis quam honestæ in hostem expeditionis. Fuit id in causa, ut aliquot exinde annos Saxonibus sub pellibus esse, ab initio fuerit, Britannorum arma, tametsi Arthurus præstantissimi ducis munia egregie semper obiret, parum nocuerint. Neque prius ipse Saxonum in Northumbria vincendorum Britannus affulset, quam cum Lotho Pictorum rege sedes icisset Arthurus. H. Boethius lib. 9.

ALIMENTORUM CUPIDITAS, ACQUISITIO IMMODERATA. PER IMPIETATEM.

Quam seceda res sit intemperantia, quam homini gravis & calamitosa, primorum Parentum infelix demonstrat exius, qui a lege aberrantes, sibi & omni posteritati exitum peperere. Justi fuerant hi ab initio vite ligno abstinere. Non ponit contumax animal, & pronom in vitium, aut certe noluit ab eo gustu temperare. Mors proinde auctoribus culpa inde orta est: per eos clades attingit omne humanum genus: pauci deliquere, sed poznam innumeri luerunt. Sabell. 1. 4. c. 11. ex Gen. 3.

Israëlix ex Aegypto ductu Moylis egressi, quamvis praesentem Numinis benignitatem experientia ipsa assequerentur: primum tamen aquæ defectu, deinde cibi inopia contra Moysem, & Dominum ipsum murmurarunt. Aquas igitur de petra, cibum ex caelesti manna deliquer potant habuerunt. Exod. 15. 16. & 17.

Idem contra Moysem fremebant, recordati ollarum carnis quibus in Aegypto affederant, cum in solitudine nunc fame conficerentur, parati cum gula libertatem suam, tantis Dei optimi max. miraculis confirmatam, commutare. Dominus igitur magnam vim coturnicium illis dedit, quibus ad satietatem usque impleverunt. Exod. 16.

Qui Arridarum reditum composuit, Tantulum ad deos accessisse scribit, ac Jovem ei concessisse, ut pereret quicquid vellet. Is voluptatis causa optavit, ut pereret quicquid tereretur. Jupiter id quidem concessit, at ne quid ex appositis gustare posset, petra supra caput ejus appensa, effecit. Athen. lib. 7. & Pindarus.

De Anu, quæ febricitans votum fecerat, le centum solibus, hoc est, diebus, vinum non bibituram, votique rea, per cribrum solem intuens, innumeros soles le viliisse cavillabatur, in 2. Epigram. eis mūdus, hæc habentur:

Ἦ γραιὸς ἢ βακχοῦ κινῶν σποδῖς, ἢ ποτὶ νόσῳ Κελευθῶν, ἧν πῶν ἐλῆξεν ἴσθῳ. Ἦν εἰσὸς διακαυμὰ σῖζα πυρὸς, εἰς ἱκατὸς σοὶ Ἠελίος ἀσπράξας ποικίλιν ἐν λιβάδῳ, Ἄβρομῶ, & αἰσῶ. ἐπὶ δὲ Ἰσθμῶν ἀνάγκη, Ἀδύμιαν πῶν μῶχῳ ἐπαρράσασθαι. Τῶν δὲ Ἰσθμῶν γὰρ κερκῶν, ὁ δὲ πῶν δὲ Σχολίων ἡελίος πλείονος ἠὲ γάσασθαι.

SIMULATIONEM MORBI.

In Tongilium, Martialis lib. 2. Epigrammatum: Vix Tongilium male dicitur hemeritico. Novi hominis mores: esurit, atque sitit. Subdola tenduntur crasso modo retia tardis, Hannus & in nullum mittitur, atque licum. Caecba seccentur queque annis coxit opimi, Condantur parco susca Falerna vitro. Omnes Tongilium medici insere lavari: O sultis febre creditis esse gula est. OPUM JACTURAM, SUMPTUM IMMODICUM.

Consule Tit. Prodigalitate alimentaria. Hic Alimenti quod, illic modi, quo acquiritur, rationem habemus.

CERRILLUS Poeta, cum minas quatuor accipiet singulis diebus ab Antigono rege, obsonando tamen absumebat. Diocles agrum in obsonia abluaravit. Athen. 1. 3. c. 6.

PHILOXENUS, cum olla coqueretur in caupona, tantisper delectabatur, & seipsum odoris convivam prebebat: cum verò magis magisque ei appetitus insurgeret, neque jam depravate naturæ frænum injicere posset, iussit, silum ollam cum abis emere. Qui cum responderet, cauponem magno precio vendere: Hoc ita vivit, inquit, & jucundior erit, quò majori precio eam emeto. Asian. lib. 10. de varia hist.

P. OCTAVIUS inter gulae proceres maximè insignis, in nulli licitatione, quem Tiberius Cæsar vendi jussit, ipsam quoque Appicium superavit. Seneca Epist. 15.

A In Calliodorum *Martialis Epigr. lib. 10.* sic scribit: *Addixi seruum nummis, here, mille ducentis, Ut bene cenares, Calliodore, semel. Nec bene cenasti, nullus tibi quatuor emptus Librarum, cane pompa caputque fuit. Exclamare libet, Non est hoc, improbe, non est Pifcis, homo est; hominem, Calliodore, voras.*

HONORIS, DIGNITATIS, CONTEMPTUM.

VENCESLAVI Boemite regem. Electores velut inermes atque foecorem Imperio deiecerunt, Rupertus Bavarus in locum ejus suffecto, ad quem civitates Teutoniae omnes defecerunt, exceptis Norimbergensibus. Qui cum hinc jurisjurandi religionem vererentur, inde vim Bavari timerent, legatos ad Venceslavum mittunt, qui se juramento solvi peterent, ac si necesse foret, auti viginti milia numum in eam rem offerrent. Rex auditis legatis, liberos Norimbergenses esse iussit, si curus quatuor traderent onus vino Baccharaceni, quod inter Rheuentia optimum habetur. *Ann. Sylvio. Coman Panorm. lib. 2. & Erasmi. lib. 10. Pand. cap. 1.*

B CONRADUS Gibbolfus, Sina viensis dux, Conradus Glogoviensis ducis frater, propositus Uratislaviensis, vocatus ad Archiepiscopatum Salsburgensem, cum in itinere apud Viennam accepisset, cervicis utrum ibi non esse, repudiata dignitate reversus est, & a fratre compediibus vincitus, tandem liberatus, parvo tempore vixit. *Cramer. lib. 11.*

LIBERTATIS JACTURAM.

ESAU primogenituram pro lentis edulio vendidit fratri suo Jacobo. Sed fortassis in illo fames plus potuit quam luxus. Ut sic, voracitas certe illum a summo bono ad extrema impietatis mala precipitavit, quod tantilli temporis anticipatam voluptatem felicitati anteposuerit. *Genes. 25.*

LYSIMACHUM Thraciae regem prodium est sibi coactum dedisse in Getarum potestatem corpus, & exercitum suum: aque ut bibit jam captivus, dixisse: Heu me hominem turpem, qui voluptatis causa adeo temporaria tanto regno sum orbatus. *Plut. de Tarda Dei vindicta.*

PRÆPARATIONEM, CONDITURAM exactam, luxuriosam.

C Nolebant filii Heli carnes coctas ab offerentibus accipere, sed crudas, ut eas sibi lautius præpararent. *1. Reg. 2.* Sybaritæ, Sicili, Itali, atque etiam Chii, coquinarie rei summo petere studere. *Athen. lib. 1. c. 22.*

ARISTOXENUS Cyrenæus philosophus, qui verè paternam philosophiam complexus est, a quo & perna quadam Aristoxenus appellatur, lactucas in hortu nascentes nullo vesperi irrigabat, & sub aurora vitides capiens, vitides te habere placens ex sobrietatis missas, dicebat. *Athen. lib. 1. cap. 3. & Suidas.*

Gulæ veteres architecti hoc commenti sunt, ut bos aut camelus tomis apponeretur, differtus intus variis animantium generibus. Hinc & porcus Trojanus venit in populi fabulam, cui hoc nomen inditum est, quod ita varias animantium species utero tegeter, quemadmodum Daris equus textit armatos viros. *Macrob. lib. Saturnalium 3. cap. 13.* refert, Cincium in oratione, qua suavitatem legem Fanniam de moderandis sumptibus, objecit suo saeculo, quod porcum Trojanum mensis inferrent. *Erasmi. in Adag.*

D Gallinas saginare Deliaci capere. Lege C. Fannii Cos. XI. annis ante tertium Punicum bellum, interdictum fuit, ne quid volucrium poneretur, præter unam Gallinam, que non esset altilis. Inventum diverticulum est, in fraudem earum gallinaceos quoque pacendi lacte madidis cibis: multo ita gratiores approbantur. *Pim. lib. 10. c. 50.*

Saginare pavones primus instituit circa novissimum pitacium bellum M. Aufidius Lurco, ex quo eo questu reditus lecterium sexagena M. habuit. *Plin. lib. 10. c. 20.*

Apud Rom. olim in questione fuit, quis artem saginandorum anferum invenisset, Scipio Metellus vir consularis, an M. Sestius eadem ætate eques Rom. Sed (quod constat) Metellus Cotra, Messalæ oratoris filius, palmas pedum in his tortere, arque patinis cum gallinaceorum crutis condite reperit. *Plin. lib. 10. cap. 21.*

VARRONIS ætate Romani etiam lepores in caveis locoque clauto saginare docuerunt, similiter & cochleas. *Ex Varronis 1.3. de Agricultura, recitat Macrob. lib. 3. cap. 13.*

VITELLUS Imp. fecit cenam unam, in qua (quod facta est difficillimum putes) sacrorum piscium jecinora, phasianorum ac pavonum cerebella, linguis phoenicopteri, murænarum lactes, a Carpato ulque freto Hispania per navarchos ac trimeres petitarum, committit. *Suetonius.*

Veri Commodi, ab Aetiano adoptati, fuit commentum illud edulit, quo Adrianus ferè usus dicitur, ut sumens phasianum, pavonem, & aprugnam, & cruitula confunderet. Id Pentapharmacum dixere. *Sab. 1.4. En. 7. ex Spartiano.*

Habebat Antoninus Gera istam consuetudinem, ut convivia, & maxime prandia per singulas literas juberet scientibus servis, velut in quo erant anser, aprugna, anas: item pullos, perdix, pavus, porcellus, piscis, perna, & quæ in eam literam genera edulium cadent: & item phasianus, factaficus, & talia. Quare comes habebatur etiam in adolescentia. *Spartianus in Gera.*

ANTONINUS Hellogabalus, cum monstrosus convivius Vitellium & Apicium superaret, sæpè è linguis phoenicopte roborum, cerebellique anserum, & pavonum, sibi cibum preparari voluit. *Lamprius.* Masticatum & polentatum excogitavit omnium princeps. Quin & comedit sæpius ex Apicii emulatione, ut Spartianus prodit, camelorum calcanea, cristas gallinaceas demptas viventibus, pavonum linguas, & lucinarum, quod qui his veleserunt, epilepsiam non sentiret. *Celsus. 1. 28. c. 7.*

Mæcenas animantem, sed miseratione, & dolore moti, non per insolentiam, vel crudelitatem: ut nunc ferè faciunt Romani (inquit *Plut. ora. 2. de Esu ca.*) dum hi in necando lumem candente veru transigunt, qua ferri trinchura extinctus sanguis & diffusus, delicatorem & tenoriorem reddat carnem: illi in partu vicinarum suum insilunt ubera, eaque calibus cedunt, quo sanguinem, lac & tabum partium simul citorum inter puerperii dolores subigant, & vorent, quod in animantem maxime est corruptum. Alii gruum & olorum conium oculis, inclusque tenebris laginant, ut monitis misuris, & conditibus carnis carum apparent. Ex quibus peripicium est potissimum, non cibari eos, non penuria, vel necessitatis causa, sed ex lætitate, inolemtia & luxu, sagitta in deliciis vertisse.

SVITRIGALUS dux Lituaniæ nunquam peregrè proficisceretur, quin dispensatorem percontaretur, an liberum, quem deo arte coquinarie componi curaret, secum ferret. Cena in sex horas ad minimum protraheretur, ferulis non minus cxxx. utebatur. *Ann. Sylvio. lib. 2. Com. in Panorm.*

PEREGRINATIONEM, LONGINQUAM, PERICULOSAM.

ARCHESTRATUS omnes terras, omnia maria, ob voluptatem diligenter investigavit, ut que ad gulam spectant, perquireret: atque non minori studio, ubi singula optima edulia nascuntur, in Castrologia sua exposuit, quam it, qui descriptionem orbis, navigationeque faciunt. Hinc Chryssipus philosophus ducem fuisse Epicuro ejuque discipulis testatur, ad voluptatem omnia referendi. *Athen. 1. 7. c. 2.*

Aricus Romanus Minturnas profectus est, ut quillis veleserent: Alexandriam, ut silicis. In Africam transiens iugularum causa, ubi nullas reperit, ex cæcis provinciam, iam regressus instituit, ne inquam terras eas attingeret. Trajano in Partibus agenti, ostrea miro ingenio servata iunimittit. *Seneca.*

Levius & Plin. lib. 1. c. 6. 1. Gallos vini cupiditate, Elicone Helvetio fabro invitante, primam expeditionem in Italian lib Tarquimo Pifco Romano rege sulc epillie testatur.

IMPORTATIONEM, CONVECTIONEM longinquam, sumptuosam.

Perfarum mores magna ex parte temperati sunt, essi ob opulentiam Reges eorum in delicis luxurie distulserint, adeo ut rituum ex Allo Æolica afferri vellent, vinum autem ex Syria, quod Chalybonium dicitur, aquam ex Euloæ, quod ea omnium esset levissima, ut Atticum beninam drachna minus appenderet. *Sirab. lib. 1. 5.*

De corruptus Rom. moribus Petronii carmen extat: *Ingenus aqua est: Siculo scarus aquore mersus, Ad mensam vorus perducitur, atque Lucrinis Eruta litoribus veruam conchilia canas, Vi renovent per damna famem. iam Phisais unda Orbata est avibus, mutuoque in litore tanium Sole deserts adspirant fronsibus aura.*

A TIBERIVS Imp. quotannis è Germania, castello Gelduba, Rheno vicino, Siferis radices advehendas curabat, quarum saporem in frigidis locis natarum, avuissimum esse judicabat. *Plinius lib. 19. cap. 5.* Iidem Livia summo opere delectabatur. *Suetonius.*

Incredibilis fuit Vitelli Imp. vorago atque ingluvies, & ut Tacitus tradit, epularum fedæ, & inextinguibilis libido, cum ex urbe atque Italia irritamenta gulæ etiam in castra gestarentur, strepitibus ab utroque mari itineribus. *Suetonius.*

INVITATIONEM INDECORAM.

Invitationes faciunt Sybaritæ feminarum anno ante, quo per otium cultis veste, & mundo, inite cenam liceat. *Plat. Convivial. quæst.*

CAPTATIONEM, AFFECTATIONEM

COENARUM. UMBRÆ GULOSÆ.

B Ἀδύρατοι ποτῶ ἀγάδοι σὸς δῆτα φησὶται. Et apud Homerum invocatus Menelaus ad Agamemnonem fratrem convivio excipientem Græcorum principes proficiscitur. Nimirum hoc amicitia est, sæpè etiam popularitatis familiaritatis ergo non vocatum accedere. At qui ingluvici causa hoc faciunt, presentis sunt loci: qui Avaritiam, ut aliena viventes quadræ sumptibus parvant, inter Avaros commemorandi veniunt.

Mæcenas olim dicebantur, qui delectabantur aliena mensa, quos Plautus muribus comparat, semper alienum edentibus cibum. *Apud Athenæum lib. 6.* Parasitus quispiam se mulce confert:

Δεσπῆν ἄλλοτῶ, μῦα. id est, Quod invocatus cenare amo, musca sum. Advolat enim hoc insectum ad cibum alienum, & ægè potest abigi. *Erasmi. in Adag.*

Μυκῆν ὄρνιθον, id est, Myconius vicinus. In eum, qui invocatus ad convivium accedit. Nam hoc nomine Myconios notavit antiquitas, quod liguriores essent, & alienæ Apparetis menis. *Suidas apud Athenæum lib. 1. cap. 3. Diphysoph.* Archilochus taxavit Periclem quandam, & ἄλλων ἰσχυρῶτα εἰς τὰ συμπόσια, Μυκῶν δῖνα: id est, Velut qui invocatus intraret in convivium, Myconiorum more. Addit, Myconios, quod inopes essent, utpotè sterilem insulam incolentes, ὅτι πλεονεκτητὶ πλεονεξίῃς ἴσθητο: gestas enim facit avidos alienarum rerum. Unde & Cratinus Ichnomachum quandam, gulæ mancipium, Myconium appellavit. *Erasmi.*

Philoxenus Leucadii filius, paraficus, circubat ædes, sequentibus eum pueris, qui ferrent oleum, gatam, acetum, & alia condimenta, & ingressus ædes alienas, ea que coquerentur, condiebat, iis injectis, quibus esset opus: atque ita convivabatur. Ephesum navi advectus, cum couponam vacuum reperisset, quæstus accesse causa, omnia ad nuptias coempta esse audivisset: lotus accessit invocatus, cantatoque hymenæo post cenam, omnes exilarat. Ibi sponsus: Et cras, inquit, hic cenam; cui ille respondit: Si nemo obsonium vendiderit: *Suidas, & Athen. lib. 1. cap. 3.*

In Maximum, *Martialis lib. 2. Epigr. sic scribit.*

Capto tuam, pudet heu, sed capto Maxime cenam, Tu captas alias: iam sumus ergo pares. Mane salutatam venio, tu diceris esse Antè salutatam: iam sumus ergo pares. Sum comes ipse tuus, tumidique antecambulo regis, Tu comes alterius, iam sumus ergo pares. Esse sat est servum, iam nolo vicarius esse. Qui rex est, regem, Maxime, non habeat.

In Seliu, idem Epigram. libro eodem hæc habet. Quod fronte Seliu multa vides Kuse, Quod ambulatur poricum teris seris, Læubre quiddam quod tacet piger vultus, Quod pene terram tangit indecens nassus, Quod dextra pectus pulsat, & comam vellit: Non ille amici fata loget, aut fratris: Vterque natus vovis, & precor vovis: Salva est & uxor, sarcineque, seroque: Nihil coloms, villicusque decoxit. Maroris igitur causa, quod domi cenat.

In Clasicum, idem loco eodem

Invitum cenare foris te, Clastice, dicis, Si non mentiris, Clastice, disperaam. Ipse quoque ad cenam gaudebat Apicinus ire, Cum cenaret, erat tristior ille, domi. Si tamen invitus vadis, cur Clastice vadis? Cogor, ais. Verum est, cogitur & Selius. En rogat ad cenam meliote, Clastice, restam, Grandia verba ubi sunt? si vovis, ecce nega.

De Philone, *Martialis Epigram. lib. 5.* Nunquam se cenasse domi Philonur, & hoc est. Non cenat, quoties nemo vocavit eum.

In Charopinum, idem loco eodem. Ceno domi quoties, nistie, Charopine, vocavi. Protinus ingentes sunt inimicitie: Meque petis stristo medium transigere ferro, Si nostrum sine te scis caluisse focum. Nec semel ergo mihi fortum fecisse licebit, Improbius nihil est hac, Charopine, gula. Desine iam nostram, precor, obferre culinam, Atque aliquando meus det tibi verba coquam.

In Cantharum, *Martialis lib. 9.* Cenes, Canthare, cum foris libenter, Clamas, & maledicis, & minaris: Deponas amicos truces, monemus, Liber non potes, & gulosus esse.

In Philomulum, idem in libro eodem: Artibus bis semper cenam, Philomuse, mereris, Plurima dum fingis, sed quasi vera resers. Scis quid in Arfacia Pæcorum delibet aula. Rhenanam numeras, Sarmaticamque manum. Verba ducis Daci, Cattis mandata resignas, Vistricem laurum, quam venit, ante vides. Sic quoties Phario madaet Jove jusca Syene, Sic quota de Libyco litore puppi eat: Cuius Iuleæ capiti nascantur olive, Desinet atheræ cui sua seris pater. Colle tuas artes, hodie cenabis apud me, Hac lege, ut narres nil, Philomuse, novi.

In Vaceram, *Martialis Epigram. lib. 11.* In omnibus Vacerra quod conclavibus Consumit horas, & die tota sedet, Cenaturit Vacerra, non cacaturit.

In Procillam, qui inter pocula iustus posttride cenatum venire, venit ferò, jocatur *Martialis* noto epigrammate, inter cætera Græcum illud afferens, μὴ μνάσθαι συμπόταν.

Hibernus quidam ignotus, ingressus aulam principis tempore prandii, non invitatus accubuit mensæ regiorum fastelium. Qui videntes faciem peregrinam, rogarunt, Cujas esset Professus est patriam. Rogarunt, Num quod officium haberet in aula? Nullum, inquit, sed habere cupio. Illi demirantes hominis impudentiam, jussurunt surgere atque abire. Hoc, inquit, faciam pransus. Quid multis vicis improbitate, nec locum in acie deseruit Hibernus. Tandem ita versa in risum, rogarunt hominem, Qua tandem fronte ausus esset ignotus & alienus sese in regiam familiam ingerere? Quoniam, inquit, sciebam, regem latis esse divitem ad dandum mihi prandium. *Erasmi in Adagiis.*

In Vaceram, *Martialis Epigram. lib. 11.* In omnibus Vacerra quod conclavibus Consumit horas, & die tota sedet, Cenaturit Vacerra, non cacaturit.

In Procillam, qui inter pocula iustus posttride cenatum venire, venit ferò, jocatur *Martialis* noto epigrammate, inter cætera Græcum illud afferens, μὴ μνάσθαι συμπόταν.

Hibernus quidam ignotus, ingressus aulam principis tempore prandii, non invitatus accubuit mensæ regiorum fastelium. Qui videntes faciem peregrinam, rogarunt, Cujas esset Professus est patriam. Rogarunt, Num quod officium haberet in aula? Nullum, inquit, sed habere cupio. Illi demirantes hominis impudentiam, jussurunt surgere atque abire. Hoc, inquit, faciam pransus. Quid multis vicis improbitate, nec locum in acie deseruit Hibernus. Tandem ita versa in risum, rogarunt hominem, Qua tandem fronte ausus esset ignotus & alienus sese in regiam familiam ingerere? Quoniam, inquit, sciebam, regem latis esse divitem ad dandum mihi prandium. *Erasmi in Adagiis.*

RAPINAM, FURTUM.

PHOLUS Centaurus hospitem Herculem cum domo suscepisset, defossam antea vini dolium exultit. Hoc tradunt cuidam Centauro olim à Baccho datum, imperaturoque, ut tunc vinum proferret, cum adesset Hercules. Quarta postmodum progenie Pholus verborum Bacchi memorem, vini dolium ajunt ob Herculis honorem reteratse. Verum ejus odor, tum verustate vini, tum virtute ingens, ad propinquos Centauros delatus, ebrios reddidit. Unà igitur domum Pholi magno ingressi tumultu, ad rapinam versi sunt. Pholus tunc mensum cum abcondidisset, solus Hercules illis obstitit, & premitit. Verum cum Pholus Centauros, qui in pugna ceciderant, ut cognatos sepeliret, contigit, ut sagitta à quadam avulsa seipsum feriret: quo vulnere cum curari nequiret, obiit. Hunc Hercules magnificè sepeliit sub monte, quò ipse ipso cognominatus est. Eodem modo & Chironem arte medica insignem invitus sagitta occidit. *Diod. 1. 4. c. 2.*

Obfesso à Gallis Caroli V. Imp. exercitu Neapoli, Germani aquæ potum tanquam visceribus noxium abominantes, ejus

A ejus desiderio, tanquam aequum, & debitum postulant, un-

SCURRILITATEM.

PHILOXENUM Cytherium, Eryxidis filium, & Siculum Gna-

thomem, quibus mirè animus fuit in patinis, ferunt, mucum

nasi in catinis emungere solitos: quo detritis reliquis con-

CONSERVATIONEM INEPTAM.

QUATORUPUS, qui apud Moravos ultimus regnavit, cum

Venerat Pragam ad Venceslaum VI. Regem, & Imp. qui-

dam nunciavit, artem Vicegradensem incendio ferè totam ef-

Eundem ferunt inter proceres sæpe dixisse, si quando cum

exercitū peteret Italiam, adessetque urbium, & agrorum vastationem,

edicto provisorium, ne quis vino noceret: capitale futurum, si quis in

Conseverunt satyrici Poeta Delphicos carpere, quòd in

Illyrii cenant bibuntque sedentes, mulieresque ducunt

conventus, pulchrumque arbitrantur, ut provocent quemcum-

contigerit ex præsentibus, ipsaque viros agunt ex symposi-

sis, ac omnes male vivunt, venterque zonis latis cingunt, ubi

bibunt: quod quidem primum medicriter faciunt, cum

verò vehementius bibunt, zonam semper magis contrahunt.

Sauromata triduo ad saturitatem se ingurgitant, & uxori-

bus ceu dominis per omnia parent. *Stobaeus serm. 42. ex Nic. de morib. gentium historia.*

Callistratus lib. 5. de Tarentinis: Civitas, inquit, Tarenti-

norum singulari ferè mensibus boves sacrificat, convivialeque

publica facit, ita ut privatorum multitudi ferè semper inter po-

cula versetur. Dicunt, reliquos homines laborando victum si-

non summoerè improbare. Mos enim illis est jam receptus, E-

In Italiam itaque, frugalem alloqui, suas delicias Graeci in-

Syri ob ubertatem regionis, semper potationibus indul-

gent, gymnasis velut balneis utentes: pretiosaque oleo per-

uncti & unguentis, in ludis literariis (sic enim communium

conviviorum loca nominant) quasi in domibus versantes, bonam

diei partem absumunt ventri inservientes, vini que & epulis

dedit, ita ut ad hunc diem strepitum multa cæcantes fe

comparent, ac civitates universas resonent hujusmodi clamori-

bus. *Athen. lib. 5. c. 9.*

Artem singulis diebus sunt ebrii, conventusque faciunt, in-

temperanterque se habent ad cibum & potum. *Athen. lib. 10. cap. 14.*

Lityerfas Midæ filius nothus, Celanorumque eorum, qui

Phyrgiam incolabant, Rex, vir aspectu agreffus & insuavis,

erat valde vorax: de quo *Sophocles Tragicus* scribit hunc in

modum in actu Daphnide, sive Lityeria:

Totum cellularum trium panem ipse edit

Parvo die, mox ebriusque unam bonam

Vini meretricem.

Athen. lib. 10. cap. 1.

Servi cupulam galtramargiam his verbis expressit Alexis

comicus: *γασπίδων δὲ δὴν*

ἄντι πατρὸς οὐδὲ πατρὸς κῆρας

ἄντι πατρὸς οὐδὲ πατρὸς κῆρας

ἄντι πατρὸς οὐδὲ πατρὸς κῆρας

A ornatumque medio theatro transisse, & ad latas ejus confe-

diffe: Macedonas, cum id viderent, plaudentes ut oculum

esse ferret conclamata, quoad illum complexus, & diffusivatus

sit. *Plut. in Alexandro.*

AMARANTHUS Alexandrinus, Herodotum scribit tubiceni-

Megarensem magnitudinis trium fuisse unarum eum

dimidio, lateraque fortis habuisse, ac sex panis semodios

edisse, carnium libras viginti, bino vini congiis bibisse.

Athen. lib. 10. cap. 1.

AGLIAS Megalocles tubiceni, edebat carnis duodecim li-

bras, quatuorque semodios panis, ac vini congium bibebat.

Ibid.

Philoxeni plures fuerit voracitate apud veteres noti, ut fa-

tale quodammodo nomen istud ingluvie esse videatur. Unus

fuit Leucadius, qui artem parandi obsonia scripsit, teste *Plato-*

ne Comico, à quo placenta quædam Philoxeniæ sunt dictæ.

Alter Euryxidis filius, Dithyramborum poeta. Tertius Cythe-

reus poeta, Dionysio familiaris, à quo ad amatam Gala-

team yram amicum in lapidicinis relegatus est, in quibus Cy-

clopeum faciens, eam composuit fabulum, quæ ad ejus miseriam

B pertinet: Dionysium ipsum Cyclopeum, tibicinem Galateam

seipsum Ulyssidem fingens. *Athen. l. 1. c. 3.* Quartus Erestius, nisi

foret idem Euryxidis est. Hunc sive alium ejusdem nominis,

quædam dixerunt & ἐπίπυρον & ἐπιπυρῶνος, vocatum

tradunt historiam. *Athenæus, addit ὑπὸ κροκίδα.*

Fuit Heracles pugil infimit potare cibi potuque capax,

non reperiebatur illi comitum in potando. *Plutarch. lib. 1. Convivial. cap. 6.*

Veteres ante cibum ne aquam quidem hauriebant. At no-

stræ ætatis homines, inquit *Plut. lib. 8. Convivial. q. 9.* nunc

jejunii prius onerant se vino, quod *νῆστρα* vocant, tum quæ

stant cibum: inebriatio & ebulliente stomacho, attenuantia,

incidentia, & acetosa offerunt, ad petitionem stimulantiam

inde aliis se ingurgitant.

VITELLIVS Imperator ad omnem natus licentiam, novis

diei ac noctis plurimum voracitati impendebat, mox ut novis

epulis locum vacuaret, vomitu redundans, ac per mole-

stum onus levabat, quod scribit Dion. Hinc Vibius Crispus

cum per morbum cæcis principis non interfuisset: Perieram,

inquit, ni morbo fuisset graviter confectus. *Cal. lib. 13. cap. 25. A. L.*

M. ANTONIVS cænas supercilio Stoico convellit Seneca. Sed &

Græci oplographi cognomento insigniunt. Trajanus in Par-

this agenti, quum multorum dierum itinere à mari abesset,

olstra recentia miro ingenio servata Apicius summisit. Hic

in Cinturis Galliæ, vel apud Minturnas, ut scribit Athe-

næus, magnam pecuniæ vim profudit, cum squillis avidè

vescitur, quæ illic habentur maximæ. Sed & in Alexandria

aftacos magna conquirens cura, quum audisset, in Libya

scquillas quoque capi prægrandes, ne diei quidem unius mo-

ram sustinens, in Aphricam confestum transiit. Quod ubi

salum comperit, excreta provinciam, ita regressi institit,

ne unquam terras attingeret omnino eas. Hæc Græci. Sed

diversus ab hoc fuerit alter ille, quem nepotum omnium al-

tissimum gurgitem Plinius dixit: cujus in Consolatione ad

Albinam, ut jam perfuncti fato, meminuit Seneca, quòd in

ea urbe, ex qua aliquando philosophi velut corruptores ju-

ventus abire jussi sunt, scientiam popinæ professus, disci-

plina sua seculum infecerit. Commeminit Apicii Epitho-

larum decimaquinta idem Seneca, simul & Publii Octavii inter

gulae proceres maximè insignis, & (quod mirum in primis

est) ipso item Apicio in multi licitatione, quem Cæsar Tibe-

rius vendi jussisset, superioris: Unde, inquit, inter suos in-

gentem est gloriam consequutus. Denique ab Apicio propa-

gatum in coquo cognomentum, ut Apiciani dicerentur,

quodam Philosophorum imagine, auctor est Septimius Flor-

us. *Cal. lib. 9. c. 11. A. L.*

MAXIMIVS Imperator, qui Alexandro Mammeæ filio suc-

cessit, non magis corpulentus, & validus, quam edax, & potu-

lentus fuit, quippe qui quadraginta libras carnis uno die est-

tabat (alii sexaginta scribunt) potabatque vini amphoram,

adè ubertim sudante corpore, ut calice sudor colligeretur,

impleturque uno die collectus sudor tres sextarios. *Sabell. l. 10. c. 10. & lib. 6. Enn. 7.*

FLAVIVS Vopiscus indicat, Aureliano in delictis fuisse

Phagorem quandam, qui uno die ad mensam Impera-

toris ederet aprum integrum, centum panes, vervecem

& porcellum: biberit autem in fundibulo ori apposito plus

orca.

Firmus, qui in Ægypto contra Aurelianum rebellavit, cro-

codilino adipè unctus, impunè inter crocodilos annatavit,

hippopotamos estavit, junctisque struthionibus vinctus, ut

quasi volitare videretur. Fuit cibi appetentissimus, ut struthio-

nem uno die comederit: bibit, etsi alioqui vini parcissimus,

ex provocazione duas vini stulas, increpitusque à compoto-

re, quòd non fecem bibisset: Terra, inquit, stulte, non bi-

bitur. *Sabell. lib. 7. Enn. 7.*

FIOLMVS Gothorum rex, crapula & ebrietati deditissimus

fuit, ut milites suos non solum commitiones, sed combos-

nes effecerit, cum eis in longam noctem potare solitus. Cum-

que more solito noctem cum suis potando duceret, ab ipsis

ebrietate suffusus, in ingens dolium cereali liquore repletum,

quod pro explenda bibacium gula, in media aula collocatum

fuat, per ludibrium præcipitans interit. *Joannes Magnus lib. 7. cap. 17.*

Cum Ludovicus Pius regna inter filios divideret,

Aquitaniam Pipino nepoti suo ex Pipino F. Provinciam

dedit. Sed ebrietati deditus ille, & crapula, cum provin-

cia volente vastaretur impunè, malignique quibusque

grassantibus, ab indigenis captus, Carolo Calvo tradi-

tus est, qui eum consilio Episcoporum monasterio inclu-

sit. *Cusp.*

HUGOTIO Fagiolanus, multis actus fortune tempestatibus,

ad aulam Canis Magni Veronenfis, velut in portum aliquem

sessus senex appulit, ubi magnificè exceptus (quod in illa

domo præcipuum erat) non hospitis, sed parentis locum tenuit.

Orta autem (ut fit) super mensas semel edendi mentione,

cum multi magni comestores referrentur, ab aliis expecta-

tus

ALIMENTORUM IN GENERE. INHONESTA FRUITIO.

Respectu habito PERSONARUM. QUI GULOSI. IN UNIVERSUM.

Conseverunt satyrici Poeta Delphicos carpere, quòd in

Illyrii cenant bibuntque sedentes, mulieresque ducunt

conventus, pulchrumque arbitrantur, ut provocent quemcum-

contigerit ex præsentibus, ipsaque viros agunt ex symposi-

sis, ac omnes male vivunt, venterque zonis latis cingunt, ubi

bibunt: quod quidem primum medicriter faciunt, cum

verò vehementius bibunt, zonam semper magis contrahunt.

Sauromata triduo ad saturitatem se ingurgitant, & uxori-

bus ceu dominis per omnia parent. *Stobaeus serm. 42. ex Nic. de morib. gentium historia.*

Callistratus lib. 5. de Tarentinis: Civitas, inquit, Tarenti-

norum singulari ferè mensibus boves sacrificat, convivialeque

publica facit, ita ut privatorum multitudi ferè semper inter po-

cula versetur. Dicunt, reliquos homines laborando victum si-

bi comparate consuevit: se verò solos scire, quid sit vivere,

de victu non sollicitos. *Athen. l. 4. c. 20.*

Legimus, bis die sumptuosius Tyrrenos mensam solitos in-

struere, puellalis etiam nudis administrantibus, ut prodit Ti-

masus, & Diodorus. *Cal. lib. 1. cap. 9. Antiqu. l. 1.*

Leontinus Siciliae populos scribit Diogenianos, inter pocu-

la observari assidue cum maxima solitis feditate; in quam cal-

lamitatem Phalaridis sevita videntur recidisse: à quo victi

bello, & armis exuti, ne mox res novas affectare possent, con-

viviorum hilaritatibus, & violentiæ sunt relicti. *Calinus lib. 7. cap. 10. Antiqu. l. 1.* Id quod Lydis quoque evenit, victis à

Cyro consilio Cæcili. *Vide locum Stratagematum, Vicius in officio continere, ne rebellent.*

Plato in Epistola ad Dionis amicos, de suo in Siciliam ad-

ventu sic scribit: Eo quum appulsem, vitam, quam beatam

vocant, Italianum Syraculanarumque mensarum, non potui

interfuisse, amasium ejus Bagoam choragum palmam obtinuisse, ex-

orna-

A tus Hugutio ipse, qui inter maximos habebatur, ut de se aliquid loqueretur, cepissetque vir inmensi corporis de usu suo in aeta juvenili quaedam incredibilia narrare; Petrus Navus, qui in eadem Cantis aula sapientia celebris, sed mordax habebatur, respondisse traditur. Minime quidem miror hac que dicitis, cum majora scias, quod tamen scimus, Pisas & Lucam uno prandio se devorasse. Pungentis joci cupidum transivisse senis animum reor. Constant enim opinio, potuisse die illo, quod de illarum civitatum dominio pulsus erat, vultu tumulus comprimi, si e convivio iuxerit. Petrarca.

MULSUMANES Turcorum Imperator, somno & conviviis deditus, quodam tempore cum phialam manibus teneret, & cervus in castra penetrasset, in illoque oberraret, tumultiantibus militibus propter cervi in castra adventum, interrogavit, Num phialam cornibus gestat? quod si est, hac redimam. Chalcondilus lib. 5.

Univerfa gens Anglica supra ceteros mortales convivorum studiosissima. Ea enim per varias, & exquisitas dapes, interpositis muscis, atque jocularioribus, in multas sapientis horas extrahunt, ac subinde perductis choreis, amoribus seminarum B indulgent. Jovius lib. 2. Histor.

Scotos senim Anglorum imitatione tanta incessit voracitas, tanta ingreditur cibi delicatioris aviditas, ut nullis elcis perique expleri queant, quoad venter adeo sit distensus, ut difficulter etiam anhelum remittat. Quibusdam non satis est, quantum naturae vi haurire possunt, sed in fundibula insuper in os insperant, aliis munus infundendi praebet, atque ingentes exhauriunt menturas, spiritum pariter, ac potum arte quadam perverfa trahentes. A. Boethius lib. 17.

Ex Scribarum numero Basilidis Moscov. D. quidam aliquando lupum piscem emerat: accusatus propterea, quasi ipso Principe splendidus epularetur, in carcerem deductus, & paulo post in flumine Mosca submersus est. Moriturum adfectus Basilides, I, inquit, & apud inferos piscare, aeternaeque delectis enervem animam satia.

MODI. PROVOCANDO, CERTANDO

CUM ALIIS. CERTAMINA CIBI

& Potus.

Κρατισταλως quasi κρησταλως dictam, sunt qui putent, lactam carnariam, sicut Tiberius Caesar κρησταλως dixit.

LEPRAEUS Nepuni nepos ex Caucone, & Astydania Phorbantia filia (Pausanias Pygei F. facit) cum Hercule in voracitate certamen, bove integro mactato, descendit, & hactenus non inferior, cum certandi cupidine, dilco, lactaque primum mox etiam armis Herculem provocasset, ab eo interemptus est. Atheniens lib. 18. cap. 1. & Pausanias lib. 5. qui ab eo conditam asserit Lepreon Elidis urbem.

CHARIS Mithycaeus in Historiis Alexandri, de Casano Indo philosopho scribit, quod cum in pyram accensam coniecisset, mortuus est. Ejus exequias cum celebraret Alexander, musicum certamen, & palastram, item ob Indos vini studiosos meri certamen instituit, in quo primum praemium erat talentum, secundum mina triginta, tertium vero decem. Ex his qui vinum biberunt, triginta & quinque continuo ob ingens gelu obortum interierunt, at sex pauco intervallo interposito mortui sunt in tentoriis. Qui plurimum bibendo vicit, meri quatuor choas hausit, Promachus Macedo, & propterea ab Alexandro talenti corona donatus est; sed triduo tantum supervixit. Elianus lib. 2. de Var. hist. Atheniens lib. 10. cap. 12. Soidas, Plut. in Alexandro.

Bibebat plurimum Proteas Macedo, ex Ephippus testatur in libro de Alexandri ac Ephestionis sepulchro, corporeque fuit robustiore; nam potationi erat affectus. Cum igitur poculum bicongium Alexander aliquando expetisset, bibentique Proteam provocasset, ille accepit, atque cum regem pluribus verbis laudasset, ita bibit, ut ei ab omnibus applauderetur. Postea vero exiguo tempore interposito, idem poculum expetivit Proteas, rursusque bibit regem provocans. Quod accipiens Alexander, egregie quidem bibit, non tamen potuit ferre, sed poculo ex manibus demisso, in pulvinar decubuit. Cum Alexander apud Medium Thefalum cenaret, adessentque viginti in Symposio, omnes provocavit, ab omnibus pari-

ter accipiens, ex symposio paulo post confurgens cessavit. E Athen. lib. 10. cap. 11.

PHALAEUS mulierem quandam, Cleo nomine, bibacem fuisse narrat in Epigrammatibus, quem nemo, vel potuit, vel voluit bibendo vincere. Idem cap. 12.

PHILEMON comicus ore coqui, studium convivorum in epiendo suavi cibo uni eorum, qui primus cognita voluptate illius, cum arripuerat, olamque congorum plenam manibus tenens profilerat, & orbe saepe facto cum ea fugibat, aliis sectantibus, partemque inde capere conantibus, significare volens, & ut plane intelligeretur efficere, inquit: Simile fuisse, atque cum gallina ceperit aliquid ore majus, quam quod subito devorare possit; ipsa enim huc atque illic curfatur, & pro captans ad illud devorandum, altera autem hanc summo studio sectatur, festinatque praeripere. Valerius lib. 18. Var. lectionum, cap. 17.

LACYDES & TIMON philosophi, cum vocati essent in duos dies ab amico quopiam, velenteque cum praesentibus in orbem potare, largius biberunt. Primo autem die prior abivit Lacydes, quod vinum ferre non posset. Eum Timon videns abeuntem, ex Iliad. x. verum protulit:

Ἡράκλεια μέγα κούφον, ἐπιγυαυὸν ἔκτραν ἴον. Gloria parva ingens, occiaimus Helictoria clarum.

Die postea sequente, cum Timon prior abisset, propterea quod calicem haurire non posset, quo fuerat invitatus, Lacydes ad abeuntem inquit Homericum illud Iliad. 5.

Ἄσπιον δὲ τὴν πρῶτος κούφον ἄνθρωπον. Invalidi nobiscum inveni certamina nati.

Atheniens lib. 10. cap. 12. & Eustathius Iliad. 5. Scribit Hegefanter Delphus, Cottabum appellatum poculum in Symposia Siciliorum primum venisse. Tantum autem studii fuit hujusce rei Graecis, ut vel certamina Cottabia vocata introduxerint in symposia, atque calices postea huc rei maxime idonei efformati fuerint, quos itidem Cottabios vocarunt. Consciebantur domus praetera circulares, ita ut omnes Cottabo in medio posito, ex aequo spatio, locique non ab similibus, ob victoriam decerantur. Neque enim in scopum solum intendere nitentur, sed omnia exacto studio conficere contendebant. Opotebant enim, cum quis in leivum cubitum firmasset, dextra circumagere, ac λατίζω, seu guttam demittere; sic enim honor ille, qui ex calice decidebat, appellabatur, ita ut nonnulli magis gloriarentur, quia tabis certare essent periti, quam quod perire jacularentur. Atheniens lib. 11. cap. 9.

ANACHARIS Scythia, cum certamen bibendi statum fuisse apud Perianorum, primum praemium omnium factus ebrius, precium expetivit, velut hic finis esset victoriae inter potandum, sicut etiam meta est curius. Atheniens lib. 10. cap. 12.

MITRIDATEM Asiae & Ponti regem, cum quo annos duos & quadraginta a Romanis depugnatum prodidit, legitimus cum ceteris ducibus temulentum quandoque, ac vino madentem, aut delectus habuisset, aut arma pertractasse, & cum Stratonicam oblectatum muliere. Scribit Graeci, Mithridatem hunc inter alia quae edebat spectacula, etiam illis certa constituisse praemia, qui ciborum amplius in ventris barathrum consistissent, aut meri plus ingurgitassent, πολυπραγία vocant Graeci, ac πολυπραγία. In utriusque potus retulisse victoriam, imò vero omnium sui temporis hominum in bibendo modum excessisse; praemium tamen ei, qui post se judicatus erat primus concessisse, videlicet Calonodryi Citizeno athlete. Quo argumento putant nonnulli esse cognominatum Dionysium. Cal. lib. 29. c. 17. A. L. ex Atheniens lib. 1. c. 1. & Plut. 1. Conv. quae. & Cicero pro Flacco.

THEOPHRASTUS auctor est, potores in certamine bibendi praefumere farinam pumicis, sed nisi immenso potu implerant, periclitari, tantamque refrigerandi naturam esse, ut multa ferre designant, pumice addito. Plin. 1. 36. c. 21.

Elazomeli in Syria ex ipsi oleis manat, sapore melleo, non sine nausea alvum emollit, bilem praecipue detrahit, duobus cyathis in hemina aqua datis: qui bibere, torpescunt, excitanturque crebro. Potores certantur praemium est eo cyathum unum. Plin. lib. 23. c. 4.

Scribit Timaeus, quod Dionysius tyrannus choam bibenti in Choum fletu autem coronam praemium potuit, quodque primus Xenocrates Philofohus bibit, qui autem coronam accipiens, Mercurio dicavit; qui coronas etiam floreas frequenter apponere consueverat, cum yeiperi ad eum accederet. Athen. lib. 10. cap. 12.

CLEOPATRAE reginae certamen cum M. Antonio Triumviro

A viro in cena sexcentis h. s. Plin. lib. 9. c. 33. describit, & Plutarch. in Antonio.

Americus opes suas, & in amicos, & in ignotos effundebat. Vocaverat ad cenam multos, & inter eos quemdam nomine Hidorum, in palestris attritum, hincem senem illum quidem, & provecitae aetatis, annos unum & nonaginta natum; sed firmum & membris integris, robustis lateribus, & torosis brachiis, fummisque manibus, qui & acutum cererret, & facillime audiret, ut nemo eum annos sexaginta natum crederet. Is scypho ebibendo certavit cum adolescentibus, & in voracitatis, & bibacitatis certamen descendit. Una vero eam re victum dicunt, quod citius a cena discesserit. Soidas in Apicio.

Apud Romanos cognomen meruit Novellius Torquatus Mediolanensis, ad proconsulatum usque de praetura honoribus gestis, tibus congiis (unde & cognomen illi fuit) epotis uno impetu, spectante miraculi gratia Tiberio principe in senecta jam severo, atque etiam sevo alias, sed ipsa juvenata ad merum promior fuerat. Eaque commendatione credere, L. Pionem urbis Romae cura ab eo delectum, quod biduo duabusque noctibus perpotationem continuasset apud ipsam jam principem. Plin. lib. 12. cap. ult. & Svet.

De Patre quodam, & Filio, qui voracitate inter se contendebant, Agathinus in 2. Epigr. sic describit: Τὸν ἔχοντα δὴσον κίονον ἴδον, Τὸν πῶτον ἰδὸν ἄλλοι, κίονον ἄλλα φῶτον, Καὶ ἰστὰ τὴν βῆσον τὴν φῶτον ἴδον ἄλλα φῶτον, Τῶτον ἄλλοι ἴδον ἄλλοι φῶτον.

HERACLIDEM pugilem ante Pitarcti aetatem Alexandrini Hercule blando nomine vocitant. Hic cum non reperiret constantem combonem, invitatos hos ad ἄσπιον (jenculum) illos ad prandium, alios ad cenam, denique ad comestationem (κῆνον) alios. Recipientibus se primis, succedebant secundi, mox tertii, hinc quartii. Ille sine intermissione illa omnes sustinebat, quatuorque illas comotationes perrebat. Plin. lib. 1. quae. convivial. 6.

Bonostus Hispaniensis, qui imperium in Gallia arripuit sub Aureliano, cum Germanorum legatis, qui ad Imp. venerant, loculebat poculis contendere, ut ab his per vinum cuncta secreta cognosceret. Ipse quantumlibet bibisset, semper sobrius mentisque compos, & adhuc in vino prudentior erat. De eo Aurelianus saepe dixit: Non ut vixit natus est, sed ut bibat, cumque militae causa in honore habuit. Cuspin. & Aventinus lib. 2. ex Pappico.

Saxones & Hollati solebant olim dies noctesque perpotare, ac eum qui alios superasset, laude & honore afficere, corona de rosis, aut aliis bene olentibus herbis imposita. Ioan. Petrus in Holsat. Chron. Bonifac. in epist. ad Rom. Pont. apud Martium, lib. 7. sic scribit: Animales homines tempora quadam anni habent, quibus insaniant, crapulae de gravantes & inebriantes, comestationibus totos dies, & noctes vacantes, clamantes ferino more, saltantes & canentes cantiones obscenas, quae facile mores corrumpunt bonos. Mulieres se exponunt meretricio quatuor venales.

DRUSI Tiberii Caesaris filii Medicus Antonius Musa superasse in potando Germanorum bibacissimos fertur. Id quod facillius posset praestare, ingenio utebatur; siquidem quinque aut ad summum sex amaras praegulabat amygdalas, ne ebrius deficiat ullatenus potest: quod ubi facere est deprehensus, ac vetitus, mox ne minime quidem potui succubere. Athen. lib. 2. cap. 1. Cal. lib. 11. cap. 13. A. L. Plut. seipsum citat, lib. 1. quae. convivial. 6.

FIRMUS Imperator vini patientissimus fuit, citra tamen ebrietatem. Quondam a Barbaro vexillario ad bibendum provocatus, duas vini frulas hausit, & postea toto convivio sobrius fuit. Quum vero Barbarus diceret: Cur non & fecem ebibisti? Sente, inquit, terra non bibit. Erasim. Roserod. lib. 6. Apoph. ex Pappico.

CAMATHERUS Logotheta, apud Manuelem Comnenum Imperatorem fuit mortalium omnium gulosissimus, & bibulorum princeps; canere ad lyram, & cytharam pulsare, cotidie saltare, & pedes celeriter huc atque illic agitare prompsit. Quamvis autem vinum avidissime ingurgitaret, tamen nullum in eo signum ebrietatis apparebat: imò, quò plus biberat, eò prudentius, irrigatione illa vini excitato ingenio, loquebatur; erat enim dictiosus extemporalis studiosus, eloquentia fontis insitit exuberante. Jam quia symposia conlectabatur, cum Imperatori acceptissimus erat, tum regulis provinciarum, qui comestationes amabant, charissimus. Ad quos cum legatus ibat, alios potando superabat, eoque redigebat, ut longo tempore ad vinum edormiendum, & ebrietatem dicutiendam

L. B. Thes. Vita Human. Tom. IV.

esset opus: alios aequabat, quum quidem ventres eorum integra dola caperent, & amphoras digiti, ut calices versarent, & Herculeum scyphum cenae perpetuo subjungerent. Hic pepigit aliquando cum Imperatore Manuele, se porphyreticam patinam aqua plenam exhaufurum, quae olim in aula Phocae Nicephori fuit, ad Bocoloentem spectante. Id Imperator admittatus, ei multum lineae vestis pretiose, & complures auriminas promissit, si ita fecisset: sin minus, tantundem ab eo stipulatus est. Ille patinam aqua repletam, quae ad duas choas capiebat, instar bovis inclinatus exhaufit, semel tantum recepto inter potandum spiritu, ac statim promissa ab Imperatore munera ex pacto accepit. Nicetas Choniates lib. 3.

Tartari famis formique supra modum patientes, ut ea nunquam toto triduo quattuorve perferant, tandem vero occasione ad vorandum nacti, supra modum se cibo, & potu ingurgitant, eaque crapula praeterea inedia relasciunt, sicque cibi, & potus superfluitate obruti, biduo triduo dormiunt; in quos sic somno penè suffocatos, & oppressos, Lithuani & Ruteni (in quorum regionibus frequenter excurrunt) detrepente irruentes, incautos profligant, praedaque repetunt. Guagninus in descript. Tartariae.

FINIS. CAUSA GULAE.

Sic plerique. Qui quidem proprie Gulosi dici merentur, Vide Cula.

VITAE.

MYCERINUS Aegyptius, cum ei vaticinium Latronae de Bute urbe afferretur, brevitate vite praedicens, oraculum eludere volens, tempus duplicando, noctes infomnes agens, & perpetuis funalibus illustrans, poculis indulgebat. Elian. lib. 2. var. & Herod. lib. 2.

COLLOQUIORUM.

CATO minor in cenis fortem mitebat de potionibus. Si fors ipsum delituisset, amicis, ut primam tolleret, instantibus: Parum id ait convenire, invita Venere. Initio semel tantum cum bibisset super cenam, digrediebatur; verum progressu aetatis maxime dedit se potui, ac subinde in vino usque ad diluculum tranlegit. Praetendebat huc Republicam amici, & publica negotia, in quibus totos dies districum, & prohibitum, philosophiae vacare Catonem, noctu autem inter pocula serere cum philosophis colloquia: Quapropter cum Memmii quidam diceret in cetero, totas commensari noctes Catonem; subiiciens Cicero: Sed illud non addis, inquit, totos dies eum alea ludere. Plut. in eius vita.

MATTHIAS Corvini Ungariae rex, inter amicos quandoque licentiore comestatione usus est, ut curas abigeret. Bonif. lib. 7.

INTEMPERANTIA ALIMENTARIS.

RESPECTU ALIORUM.

Huc pertinet Aliene

TEMPERANTIAE ODIUM.

INSECTATIO.

Sunt qui Sybaritem Spartam pererasse dicant, & cum in Phiditis convivaretur, merito vite contemptores esse Lacedaemontios, dixisse. Quisquis enim sanae sit mentis, decies milles morti prius eligeret, quam hujus parcitatis esse particeps. Athen. 1. 4. c. 4.

INTEMPERANTIAE APPROBATIO.

Ex Tit. Intemperantiae alimentaris magistri, huc illi, qui aliorum ingulviem non alio, quam intemperantiae studio accenderunt. Item Certamina bellorum, quaterus suos habent hortatores, & incensores, & fautores.

In Sicilia Addephagia viscebatur templum, id est, Edacitatis, ac Cereris statua, quae dicitur atri: velut apud Beotia Solum Megalarti, & Megalomati. Cal. lib. 7. c. 11. A. L. ex Atheniens lib. 1. cap. 1.

ALCIBIADES famam apud Graecos ex ebrietate meruit. Plin. lib. 14. cap. ult. & Plato in Symposio.

Apud Barbaros laudibus, & encomiis ebrietatis, & voracitas fovetur. teste Aristophane in Acarnanibus.

A. Oī βαρβαρι δ' αιδρας ηγινται υμους... Petantur etiam ex loco de Gula, pleraque.

Intentio.

DEFINITIO ET ETHIMOLOGIA.

Intentio, proprie idem est, quod extensio, sive vehemens intentio: at in actionibus animi, prout de ea hic loquimur, nihil est aliud quam finis sive scopus, ad quem animus dirigitur, sive id quod agens sibi proponit.

EIUS VIS ET NECESSITAS.

Circumstantia intentionis, in quovis opere valde ponderanda est, ut a qua & specie, & nomen, & bonitatem fortiar. Ideo enim Christus monet, attendamus, ne iustitiam nostram coram hominibus faciamus, ut ab illis videamur. Matth. cap. 6. Et de ea Interpretes facti exponunt illud Eccl. 2. Oculi sapientis in capite ipsius. Item illud, Lucerna corporis tui est oculus tuus. Luc. 11. Neque quidquam est, cui magis infidetur Demon, quam recte intentioni; novit enim pretium illius, & valorem.

Pet bone intentionis radium merita illustrantur actionis, ait Greg. 26. moral. cap. 6.

Et Richard. Victor. lib. 1. de statu inter hom. cap. 7. Quod corpus est sine vita, hoc est opus sine intentione bona.

August. in Psal. 31. Neque valde attendas, quid homo faciat, sed quid aspiciat, cum faciat.

Quod non bona intentione facis, non tibi proderit, quia, quomodo feceris, non quomodo evenierit, tibi imputabitur. Aug. in Matth.

Si semel cor intentione corrumpitur, sequentis actionis medietas & terminus ab hoste callido securè possidetur, quoniam totam arborem sibi fructus ferre conspicit, quam veneni dente in radice vulneravit. Summa cura vigilandum est, ne vel bonis operibus serviens, mens reproba intentione polluat. Greg. in mor.

Humane aures talia verba nostra iudicant, qualia foris sonant; divina vero iudicia foris audiuntur, qualia ex intimis profertur. Lib. 3. mor.

DEUS INTENTIONEM RESPICIT.

Cum Moyes describit oblationem Deo factam a Cain, & Abel, causam insinuat, cur illius pre isto grata eidem fuerit, dicens, Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain vero & ad munera eius non respexit. Causa enim posterioris est in priori. Ideo Deo plauerunt munera Abel, quia ipse Abel, qui recta intentione offerbat ea, hinc optima adterebat, ut auerem, & reverentiam erga Deum declararet, placebat. Non ita munera Cain viliora. Genes. cap. 4.

Impius Rex Achab, qui venundatus erat, ut faceret malum, ab Elia monitus, operuit cilicio carnem, jejunavit & flevit, factusque est sermo Domini ad Eliam: Quia humiliatur Achab mei causa (en intentionem qua eum excitavit) non inducam malum, &c. 3. Reg. 21.

Videbat Christus Viduam misentem duo minuta in gazophylacium, & dixit: Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper plus quam omnes misit. Luc. 21. Super quo Hilarius: In hoc superius Magister nos erudit, quanti bonam intentionem æstimat, &c.

INTENTIO VARIAT OPUS.

Occidit Cain Abel fratrem suum: David, Goliath: Joab, Abner & Amasai: Herodes Antipas Joannem Baptistam: Agrippa Jacobum: Petrus autem solo verbo Ananiam, & Saphiram: sed considera varias intentiones & causas. Gen. 4. 1. Reg. 17. 2. Reg. 3. & 20. Matth. 14. Act. 12.

ABRAHAM fuit in promissione filii nasciturus. Sara quoque risit, sed risus Abrahæ fuit commendatus, Saræ verò reprehensus.

Dixit Pharaon, peccavi, &c. Exod. 9. Dixit Saul, peccavi. 1. Reg. 26. Dixit David, peccavi, &c. 2. Reg. 12. Hoc ipsum dixit Manasses, 2. Paral. ultim. Dixit Judas etiam se peccasse, Matth. 27. Sed affectiones, & intentiones cordium valde diversa fuerunt.

Similia verè verba dixit Moyses in Raphidi, quando petit populum aquam ad bibendum. Exod. 17. Et ad aquas contradictionis. Num. 20. Sed prima vice non hæsitavit in corde. Secunda verò, sicut patet ex pœna, qua sequuta fuit, dubitasse videtur. Num. 20.

Filii Ruben, & Gad, & dimidia tribus ædificaverunt altare Be Josue 22. sed longè alia intentione, quam crederent alii filii Israel. Commendavit Dominus multum bonam voluntatem David, quam habuit de ædificatione templi, licet noluerit templum per eum ædificari. 2. Reg. 7.

Misit David pro Uria, qui erat in exercitu, non ut ille quiesceret, sed ipse peccatum, quod cum uxore commiserat, occideret. 2. Reg. 11.

Omnia se Judith valde curiosè, sed omnia illa compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat, scilicet ad liberandum populum Dei de manibus pessimi inimici. Judic. 10.

Quod Mardocheus Aman volebat adorare, vel coram eo genua flectere, non faciebat pro inobedientia, vel contemptu, sed quia divinum honorem nolebat homini mortali deferre; sicut testatur Josephus. Esth. 3.

Dixit Herodes Magis, ut cum puerum invenissent, renuntiarent ei, ut ipse adoraret eum: sed valde aliud intendebat, & aliud prætendebat. Matth. 2.

Eleemosynam dare, & jejunate præcipit Dominus non propter homines facti, ne contingant tam bona opera prava intentione corrumpi. Ibid. cap. 6.

Prohibuit Dominus duobus cæcis illuminatis ab eo, ne quis hoc sciret, & tamen sequitur: Illi diffamaverunt eum in tota terra illa; nec tamen illi arguuntur transgressionis. Ibid. 9.

Signanter addit Dominus finem, & intentionem, quam quique debet habere bona faciendo, vel mala patiendo: Beati critis cum maledixerint vobis homines, &c. propter me, vel propter nomen meum. Item, Quicunque potum dederit aquæ, &c. Qui reliquerit domum, &c. Matth. 19. 10. & 5.

Quidam sequebantur Dominum, ut eum nequirer observarent. Aliqui, ut de panibus eius manducarent. Alii, ut ipse vel eorum amici à languentibus sanarentur. Alii verò, ut æternaliter salvarentur. Luc. 8. 14. 15. & 18. Ioan. 6.

HERODES multo tempore cupiebat videre Jesum, sed non causa pietatis, sed quia sperabat signum aliquod ab eo fieri, & ideo nil profuit ei videre Jesum. Luc. 23.

INTENTIONIS RECTÆ VALOR.

Quantum in opere bono valorem habeat intentionis recte consideratio, ex subiecta tabula non obscure elicitur. Continet enim negotiationem quandam spirituales, qui homo exiguo labore innumeratas utilitates operando consequitur.

Quæ quidem negotio in eo consistit, ut dum aliquid mihi agendum, vel patiendum occurrit, eliciam plures bonas intentiones, sive proponam mihi varios fines, aut rationes, ob quas idem agere, vel pati velim. Eadem efficit, ut uno opere Decem, vel pluribus intentionibus instructo, tantum satisfacere, impetrare, mereri possim, quantum eodem illo Decem vel pluries repetito. Igitur dum aliquis inchoas, die v. c. in animo tuo.

- 1. Ut honorem, & sanctificem Deum.
2. Ut merear regnum celorum.
3. Ut faciam voluntatem Dei.
4. Ut impetrem quotidiana corporis & animæ bona.
5. Ut dimittantur mea debita, sive peccata.
6. Ut non incidam in tentationes, & pericula.
7. Ut ab omni malo culpæ, & pœnæ liberer.
8. Ad honorem B. Virginis, Angelæ mei custodis, totiusque Ecclesiæ Triumphantis.
9. Ob utilitatem meam, Amicorum, Inimicorum, totiusque Ecclesiæ Militantis.
10. In auxilium Fideium Desinctorum.

Hæc generatim in omni opere intendi possunt, ubi vides ad 7. petitiones Pater noster, &c. & triplicem Ecclesiam respectendo, Decem intentiones constitui. Adjungere si lubet; Hoc volo agere, vel sustinere. 11. Ut gratias fuis Deo pro infinitis beneficiis mihi aliisque collatis. 12. Ut consequar Sancti N. virtutem mihi necessariam. 13. Ut superem hoc N. vitium. 14. Ut aptior reddar officio meo. 15. Ut aliquo modo imitem Christum Dominum, ejusque Sanctos. 16. Ut crescam & perseverem in bono. 17. Ut sim aliis bono exemplus quod in multis aliis potest. 18. Ut item promissis, vel votis meis, si quæ hujusmodi fecerim. 19. Ut lucrer indulgentias, si quæ tali rei per Nominis, vel aliter annexæ sunt. 20. Ut fortior beatam mortem.

Singillatim plures intentiones suggeret, operis cuiusque natura, & adjuncta. Opus verò duplex est, aliud moraliter bonum, v. c. Jejunium, Oratio, Eleemosyna: aliud vinaris iura aliquid traderent: Baldus, ut erat divino ingenio promptissime allegavit legem, quam ipse, quia hudebat, reperit, L. B. T. beat. vita Human. Tom. IV.

Ad exemplum, Jejunio v. c. Ut me affligam, & aliquid patiar pro Deo. 2. Ut tunc castitatem meo statui congruentem. 3. Ut servem sanitatem virtuti impendendam. 4. Ut animum aptem inspirationibus divinis. 5. Ut imiter jejunium Christi & Sanctorum. 6. Ut me parem ad orationem & Ven. Eucharistiam. 7. Ut labraham materiam virtutum. 8. Ut consilium, vel imperium Confessarii, vel Ecclesiæ exsequar. 9. Ut satisfaciatur pro excessu cibi, & potus. 10. Ut impetrem virtutem sobrietatis. Idem fit in opere indifferenti, v. c.

- 1. Ut consequar veram sapientiam, non verò platum, inutilem scientiam, aut locum.
2. Ut serio impendam talenta à Deo mihi concessa.
3. Ut vitem otium, & prava consortia.
4. Ut excolam, & perficiam animam meam.
5. Ut sim aliquando Ecclesiæ auxilium.
6. Ut imiter illos Sanctos, qui studiis olim fuerunt dediti.
7. Ut juvem Patriam, sive Rempublicam.
8. Ut sim aptum Dei instrumentum ad omnia.
9. Ut satisfaciatur desiderio, & expectationi aliorum.
10. Ut adipiscar Aureolum illam, de qua Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Adverte 1. decem signa rectæ intentionis. 1. Ante opus non distrahi variè. 2. Non perturbare aggredi opus. 3. In opere sic progressi, ut si pererem, quortum hoc agis? mox diceres, ad Dei gloriam, meum salutem, vel proximi. 4. Ab opere collectum esse, nec judicium anxie venandi. 5. Successu prospero non esserit. 6. Ut imiter minus fecerit non turbari. 7. Non sollicitum esse, an pauci Auditores, Spectatores, Laudatores. 8. Contemnere iudicia hominum. 9. Æquè iudicis sua præstare privatim, ac publicè. 10. Nihil optare, nihil timere.

Adverte 2. Non requirit, ut omnes hæ intentiones in omnibus operibus habeantur, sed ea quæ cuique operi magis congruere videbuntur.

Table with 2 columns: Interfecti, Interfectores. Quere Homicidia. Interpretes, Interpretatio. Vide Biblia. Somnia. Scriba, & locum de Mechanicis operis.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Interrogatio est petitio, ad quam responso danda est per ita vel non, secundum Donatum, facta ut plurimum rem quampiam noscendi gratia; unde differt à percontatione, quæ fit frequenter ad arguendum, & resellendum; quamvis contrarium etiam reperitur, quomodo apud J. C. dicitur reus interrogari legibus. Legibus ambitus interrogati sunt, ait Salust. in Catilin.

INTERROGATIO VARIA.

SERIA. CURIOSA. LYSANDER, suscitantes, utris se partibus darent, cum agrum eorum peremerat. BROTOS cernens, missis legatis rogavit, dicens, an inclinatis hastis per fines eorum transiret. Plutarch. in Apoph.

ADRESUS Iosophista Cappadox, Jamblichus discipulus, professor Pergamenus, nunquam ab deambulando otiosus erat, sed oleum venditrici obvis, de pretio, de cultu, de provenitu oleum interrogabat ipse quæ norat addebat. Idem sedebat apud textorem, fabricum, cateroque mechanicos, ut nihil aliud, voculas saltem quibus uterentur, addidit studens. Euseb. in Prisco.

ORIGENES puer, parentem suum Leonidem sapè de abditis scripturæ sensibus interrogavit, ita ut pater ab ejusmodi præcoci sapientia retahere illum coegeret. Euseb. lib. 6. cap. 3. & Svidas.

GALEACIUS Vicecomes, Princeps Mediolani, cum Baldo Jureconi. congressus, ejus sapientie experientie causa (nam nihil cum pœnis in Jure civili laere, constanti hominum rumore vulgò prædicabatur) interrogavit, utrum de responsibus vinaris iura aliquid traderent: Baldus, ut erat divino ingenio promptissime allegavit legem, quam ipse, quia hudebat, reperit, L. B. T. beat. vita Human. Tom. IV.

tu qui non studes (inquit Lud. Rom. singul. 373. quod incipit, Scires tu mihi probare, quod vinum debet incipi potari sub initium mensis Novemb.) nunquam reperies. Allegat ibi Romanus L. i. ubi dicitur, ff. de erag. mil. an. quam fortassis Baldus ad vespones, qui multis comites esse solent, derosifit.

INANIS, IRRITA.

HOMERUS Poetarum princeps, cum in Iliensi litore cæcus obambularet, & piscatores quosdam illic sedere animadvertisset, ignarus, quid agerent, interrogavit eos, num quid haberent? Illi, cum otioso pediculos necarent, obscure responderunt:

Ὅσ' ἐλοφῆ λατομέωσ' ὁσ' ὄξ' ἐλοφῆ ὀρούμεθα. Hoc enigmate usque adeo seipsum exercuit Homerus, ut cum ejus solutionem invenire non posset, præ mœre contabuerit. Plut. in eius vita.

ARISTOTELEM philosophum, cum non posset naturam Europi in Chalcide investigare, tædio animam efflasset, perhibet Gregorius Nazianz. Justini autem martyris testimonio se in profundum illius præcipitans demersus est. Tacent hoc Ammonius & Laertius, Brodens in 1. Epigram.

VAFRA ET FALLAX.

Convenerat Pharisæi cum Herodianis, quo pacto Jesum caperent in sermone, mittuntque cum his discipulos suos, qui interrogarent eum, Licetne censum dare Cæsari, an non? Si enim dixisset, non esse solvendum, eum lætæ majestatis arguissent: si solvendum dixisset, non videretur esse Christus, & promissus Judæorum Rex, qui eos venturus erat liberare, non subsistere servituti. Matth. cap. 22.

At Christus eorum hypocritism, mentisque malitiam inspectam habens, numilima proferri jussit, in quo Cæsari inscriptio, & imago erat, reddique Cæsari jussit, quod illius erat, & quæ Dei, Deo.

ACUTA ET CAPTIOSA.

Congregatis Pharisæis, interrogavit eos Jesus, dicens: Quid vobis videatur de Christo, cujus filius est? Dicunt ei, David. At ille dixit eis, Quomodo ergo David vocat eum Dominum, dicens, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis? Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? & nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die amplius eum interrogare. Matth. cap. 22.

Cum venisset Jesus in templum, accesserunt ad eum doctentem principes sacerdotum, & seniores, dicentes, In qua potestate hæc facis, & quis dedit tibi hanc potestatem? Respondens Jesus dixit eis: Interrogabo vos & ego unum sermone, quem si dixeritis mihi, & ego dicam vobis, in qua potestate hæc facio. Baptismus Joannis unde erat? è celo, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicentes? Si dixerimus, è celo, dicit nobis, Quare ergo non credidistis ei? Si autem dixerimus ex hominibus, timemus turbam, omnes enim Joannem habebant sicut Prophetam; & respondentes dixerunt: Nescimus. At illis & ipse, Nec ego dico vobis, in qua potestate hæc facio. Matth. cap. 21.

SALSA. JOCOSA.

S. ATHANASIUS accusatus à muliere impudente, quod se contuprasset, idque in confesso Episcoporum ad Arrianis ad Tyrum coacto, ingressus una cum Timotheo presbytero fuit. At hic se Athanasium simulans, Egone, inquit, mulier te violavi, & apud te sum diversatus? Cui illa petulant: Tu mihi vim intulisti; idque iurejurando affirmans, Judicium fidem obtulatur, ut tantum vindicarent flagitium. At cognita fraude, mulieris impudentia rejecta est. Breviar. Rom.

Idem, cum Arriani cum exagitarent, & à Juliano in exilium pelleretur, atque ab ejus satellitibus conquiretetur, qua fugiebat navicula conversa in contrariam fluminis partem, iis qui se insequerantur, de industria occurrit, & interrogantibus, quantum abesse Athanasius, respondit, eum non longè esse. Ibidem.

Hic titulus locupletari poterit ex aliis, ut pnta, ubi de Apophthegmatibus, acutè & socrate dictis, differitur. Cum omnia passim Apophthegmata huc redant valeant.

Consule infra, Titulum de Loco.